**T**hus est nomen arboris et gummi inde emanantis. unde plin. li. xij. Thus est arbor arabie immensa atque ramosa leuissimi corticis ad aceris quantitatem succum aromaticum et album ad modum amigdale generans et effundens masticatione. in pulverem resolutum est intus pingue et igni appositum facile ardens et appellatur apud nos masticulus eo quod natura sit rotundum admodum testiculorum. reliquum vero est planum et plene scabiosum et est masculo minus bonum. adulteratur autem admixtum resine albe siue gummi. sed sua cognoscatur propria qualitas. nam thus igni appositum ardescit resina vero humescit gummi autem calefactum resoluitur et liquefit. Arbor autem unde fluit thus dicitur libanus. et eius a natura libus ac medicis olibanum nuncupatur / a monte arabie sic vocato. sed a libano arbore fluens olibanum libanus nuncupatur. ut dicitur Isid. et dicitur glossa super eccle. xxiij. super illum locum. Ego quasi libanus non inanis etc. Libanus ut aiunt arbor est in arabia cortice et folio lauro similis fructum emittens bis in anno scilicet in vere et in autumno sed quod per se fluit scilicet in principio estans melius est quod vero in estate cortice iusto paulatim exire. cogitur in autumno vero nec ita candidum est nec ita purum / sed hoc quod primo adberet ramis et corticibus et in estate induratur et a ramis ferro recolligitur thus optimum est: quod est album / solidum / et mundum / odoriferum et rotundum ad modum testiculi ac oblongum dicitur masculinum. thus vero quod apertis corticibus in autumno vel hyemis principio effluit non est alteri simile in virtute / nec etiam in colore. quia illud album est et translucentum odoriferum valde atque mundum. thus vero secundarium est tenue et scabiosum. ut supra dicit Isidoro. Regio autem ubi crescant thura est montosa et pre altitudine ruptum et scopulorum quasi inuisa et inaccessa ut dicit glossa. eccle. supra dicta. De omnibus dicit plinius libor. xv. c. x. ut dicit glossa. quod arabia est regio thura gignens saba vel saba eiusdem regionis prouincia maxime thurifera. et est terra ex vna parte maris et scopulis / ex altera vero montibus et rupibus vix accessa unde thuris arbor sine cultore crescit et terram

argilosam diligit. Dicunt autem arabes quod ibi non debet recolligi, nec eius arbor incidit nisi a sacris et religiosis tempore collectionis contactu mulierum non polluitur. et sic putatur per religionis obseruantiam merces augeri.

Item idem ibidem. c. xvi. Prima naturalis eius virtus demia est circa canis ortum in fortissimo estu. nam tunc eius cortex tenuissimus laxatur. et profluit inde spuma pinguis quae dextra densatur ubi loci natura poscit hoc purissimum et candidum. Secunda virtus demia verus biemem cortex iscais rufus est. nec copabile est priori. Creditur autem nouelle arboris gummi esse candidius. sed verens efficacius. et quidam putant in insulis melius gummi cum alijs negent in insulis nasci. Collectum ibi in camelis defertur in ciuitatez que sabothna dicitur porta adhuc patente. nec per aliam viam ingredi licet. vbiq; decimat deo que inuocant. vbiq; sine mensura non in potere accipiunt sacerdotes. nec nisi inde in mercari nisi per us deo debita portio offerat. candore probat et carbone si statim ardeat et inflametur. si dentem non recipit. sed statim frangit in puluere vel in micis buculis plis. Sed dicitur. v. o. et pla. thus est cuiusdam arboris gummi in alexandria. et dicitur olibanum alexandrinum quod est purius et melius. Aliud inuenitur iuxta damascum et dicitur damascenum. et non est ita bonum nec ita purum sicut primum. Est autem calidum et siccat multum aromaticum. multum pingue et glutinosum. virtute habet confortandi ex aromaticitate sua solidandi et stringendi et coagulandi ex gummositate sua potenter stringit lachrymas et fluxum humorum descendenti de capite precipue qui fluunt per venas exteriores faciei si circa tempora eius puluis cum vino albo et cum albugine oui emplastratur. Sic et sedat dolorem dentium et gingivarum masti- catum. thus prohibet fluxum humorum a capite ad membra spiritualia ad peccatum videlicet et pulmonem contra digestionem et acidam eructationem multum vix vinctum in quo fuerit thus decoctum. maritice confortat et mundificat et conceptum iuuat sum eius. puluis eius mixtus cum aceto graciliat et attenuat mamas turbidas. puellarum crassationibus cum pice subuenit. dolorem aurium mitigat. mixtum cum vino tumorem intestinum subuenit si cum vino bibatur. hucusque dicitur. et pla. Dicitur autem thus secundum Isid. a theos quod deus quia in deorum sacrificijs adoleatur. et secundum hoc habet aspirationem. Vel dicitur a tundo dicitur. quia habile est ad tundendum et sepe tunditur. et quanto plus tunditur. plus redolet et facilius inflamatur. et tunc caret aspiratione. Ex thure incenso procedit aromaticum summodum modum virgule. et est inferius gracile. multum mobilis. in multis circinuationibus fractuosum et se ad partes oppositas motu leuissimo circinuationes versus superiora se dilatens. immutans aera et obubrans odoris sui fragrantia. fetorem co-

dauey auferens / ad cerebrum directe penetrans / spiritum aialem confortat et recreat / per cerebrum ventriculos se diffundens.

De vimine.

**V**imen nis. dicitur virga mollis. et dicitur vimen eo quod habeat vim multam virosam. nam eius natura est talis ut est arefactum si in aqua abluatur / iteque reuifescat. Et dicitur. Isid. lib. xvij. ex vimentibus sunt vitibus vincendis et dolibus religandis necessaria ligamenta ut patet. s. e. in lra. s. que re de salice ibi.

De virga.

**V**irga proprie est quae de ramis nascitur et dicitur a virtute / eo quod in se vim multam habeat. vel a virore. nam virtus quae latitat in radice se perdit in virore virge. Dicitur virga quasi viregens. virga. n. virtutur magis ad placandas bestias. et idcirco in virga sustinetur bos alligatus. virga enim virtutur philosophi / reges et magistris ut dicitur. Isid. libro. xvij. virga est virtutur viatores agrorum et arenas seu pratorum defensores / legati et nuncios ac pastores. Virga siquidem ex triplici componitur substantia. scilicet ex cortice / ligno / et medulla. mediante medulla nutritur et vegetatur mediante ligno erigitur et sustentatur. corticis vero beneficio tegitur et ab exterioris aeris iniuria defenditur. nam ut dicitur. d. me. super li. de plantis. corticem habet per pelle arbor / lignum pro osse / medulla pro loco vene. nam calor naturalis existens potissime in medulla virge mediante ramo aquo pullulati / humoris attrahit a stipite et radice. et quod grossius est et terrestrius / in amato humore transmutatur in lignum et in corticem / quod vero aquosius est peruenit in frondium multitudinem. et quod vinctuosius est et purius transmittit ad virge superficie unde producat flores et tandem fructum generet atque semen. nascitur autem tunc flos quod fructus de substantia virge sine ipsius corruptione et alia violatione. nam flos insensibiliter de virga egrediens et erumpens virgam non violat nec deflorat sed fecundat eam potius accipiat et decorat. virga itaque non capit fecundationis gratiam nec potentiam generandi ex commixtione seminis sicut aiantia / sed ex rore celesti pariter et calore solis. virga autem ex quo ascendit sursum semper tendit et suam summitatem versus celum erigit quousque perueniat ad perfectum incrementum. et est media inter ramum et stipitem seu radicem / a qua concipit fructum quem producit ex substantie sue tenentudine flexibilis est valde et de facili indinabilis in quilibet partem. Item virga extrinsecus andata est et sicca aspera et nodosa / sed interiorius mollis est in medulla et sub cortice bu- morosa. quanto autem virga plus crescit / tanto a terra plus recedit. et quanto sursum altius sustollitur tanto in eius acumine gracilior et acutior inuenitur. Item virga ex se debet esse creta / sed quando est nouella si casu aliquo ad terram inanietur / difficile est ut indurata in-

## De arboribus et platis

illa cunctate ad rectitudinem reuocetur immo  
sepe facilius frangitur quā rectificetur. qñ vero  
virga iuenitur curua i igne ponitur et p calores  
eius rigore et duriciaz resoluētez et remolliētez  
ad formas rectitudinis facilius reducitur.  
Itē nō ga cambus/ est odiosa et puulis. qz virga  
eoz insolentia cohercetur.

### De virgulto.

**V**irgultū a virga ē dicitū s̄m bug. Est  
in loc' vbi multitudo crescit virgarū  
Secūm autē Jsi. li. xvij. virgultū est ra  
mus q̄ de robore ipsius arboris pullulat. s̄z vir  
ga dī q̄ de ramis orit' et pcedit. virgultū autēz  
sine p̄mixtione seminuz pcedit. in hyeme vile  
sūt/ i vere nō placet. qz tūc virescit et floreat. p̄  
dsum rursuz pullulat et reuiuiscit. a terra in suo  
ortu elongat. et q̄to plus crescit/ tāto plus ver  
sus celū eleuat aliqñ/ aut dī virgultū vindariū  
vel viretū loc'. s. viridis et amen' plātis et her  
bis virentib' p̄situs sicut supra de ortu patet.  
quere in littera. o.

### De vite.

**V**itis dī a vin cēdo/ qz vincit et ligat.  
Secūm Jsi. aut vitis est dicta eo qz vī  
bz cū' radicanā. vel iō dicitur vites  
eo qz vim hēant vt inuicē vites se innectāt vic  
niqz arborib' reportādo religēt. Est. n. eozū  
natura flexibilis. s. quasi brachijs q̄busdaz vt  
q̄equid p̄prehēdunt teneāt et p̄stringāt. et illa  
ligamīa q̄bus arbores vel palos capiūt capi  
oli dicitur sic dicit' eo qz arbores capiūt vī mu  
tuose p̄nectūt quoz adminiculo freti palmites  
vītos sustinēt et turbines ne frāganf. Dicitur  
et cornubi. qz sūt sicut anuli q̄bus prima que  
qz ligāt ne lōgius laxati palmites ventoz fla  
tibus dissipētur/ et sine piculo fruct' suos susti  
neāt. Quib' autē ista maxime p̄ueniūt. s. obla  
queatio. oblaqueari autē est terrā arca radicem  
apire/ et velut lac' efficere vt radix hūore dilige  
tius humectet/ et caloris solaris radio facilius  
penetret. Itē cōuenit eis putatio. et est putare  
virgā ex vite supuacua refecare cui' flagellū lu  
tunat. Itē eis cōuenit ppaginatio. et est ppā  
ginare flagellū vitis suerpstemere et q̄si porro  
porrigere. et hinc ppagine dicuntur prime. s.  
vitis extēsiōes. Itē eis cōuenit fossio et est fode  
re terrā mouere fossorio vel ligone/ vt radices  
et herbe supflue amoueātur et sic vites melius  
foueanf. Itēz eis cōuenit pastinatio. pastinat'  
autē est panillare. i. palos figere arca vites vt su  
stentur vt dī. papi. Et dī a pāgo gis. xi. qd̄ idēz  
est qd̄ palos figere vt plātare. vt dī. idē. Sedz  
Jsi. aut pastinare ē fimo vel terra pingui vitez  
pascere vel nutrire vt aplins fructificet. Itēz eis  
cōuenit pāpinatio. Est autē pāpinare pampi  
nos. i. folia supflua de vite amouere/ vt vne li  
liberius aerē pur' capiant/ et folijs nō obūbra

re cūius maturescāt. Pampini autē vt d. Jsi. sūt  
folia/ quoz subsidio fruct' vitis ab ardore et fr  
gore defensat. et aduersus oēm inimiciā p̄munit'  
q̄ pampini vt d. Jsi. ideo sūt incisi vt solaris  
radius ad maturatē fruct' facilius admittat  
et sūt dicit' pāpini eo qz de palmitē depēdeant.  
vt dī. idē lib. xvij. Itē eis cōuenit p̄indemiatio  
et est videmiare de vite vuas demere. qd̄ fit qñ  
fruct' vinee p̄scindūt et recolligūtur. De vintibus  
autē dī. pli. li. xvij. c. xxij. vitis qñ p̄scinditur tēz  
pore cōgruo et mō debito/ ex p̄satione vires a  
pit et cōcipit materiaz et q̄ flores et fructus i po  
stēz panūtur. nisi enī p̄satione castigaret super  
fluoꝝ tota infecūda et sterilis redderet nihil enī  
quidius nascit' et iō nisi vires ad panendū fuē  
tur nō est fruct' paritura. In vite autē ē natura  
vt malit' parere q̄ viuere. et iō quicqd̄ de mate  
ria supflua a vite demitur fructui accedit. vites  
nō putatiōis tpe quāto cūius putantur/ tanto  
plus effūdūt de materia. et quāto seruis/ tanto  
ferūt fructū vbertoz. ita tū qz putatio debita  
t̄pus nō excedat. vñ vites graales et tenues cū  
tius oꝝ putare. validas aut nouissime. Debet  
autē p̄satio fieri oblique itē duas gēmas ita vt  
in p̄te gēme opposita p̄sationis fiat vuln' iō  
aut d̄z fieri obliqua et indirecte vt cito descēdat  
et defluat guttule pluuales p̄ quaz frequētiāz  
et p̄manētiā sup planā infassurā vitis sumi  
tas ledēt. et quāto vitis ē gracilior et maior  
tanto de ea plus ē purādū. qñ aut pampinatō  
ne indiget/ nō d̄z remoueri foliū qd̄ est cū vual  
nisi vinea sit nouella s̄ potius alia que magis  
sūt remota. B enī vuaz supplātaret. quicqd̄ nō  
erūpit et pullulat alias q̄ ab oculis siue gēmis  
spunū et inutile iudicatur et statū est rūpendum.  
Itē idēz. c. xxij. vitib' accidit morib' specialis  
s. qñ gemina nimis tempestiue auferūtur/ aut  
qñ in supinū insadātur/ aut qñ noxio roze vel  
imbre floratiōis tpe p̄fundūtur. aut qñ nouel  
la gemina pruina aut frigore decoquūtur. aut  
qñ ab impinis cultozib' aut ar. unessoribus  
radices vulnere iniurioso ledūtur/ et qñ desqua  
mātur. i. a suo cornice totalit' spoliātur. Itē oīa  
maxime leditur qñ fortis imber pcutit palmitē  
florescentē. qz defluit ipse fruct'. ex aere vō cor  
rupto et roze vel imbre noxio cresūt quidā ver  
mes vt eruce et testudines vitis folia et et ger  
mina depascētes et eaz sic depastaz facile dere  
linquūt. Nascitur aut hyemalis in tēpe nimis  
humido atqz lento. accidit etiam eis al' mor  
bus qd̄ arancuz vocant vinitozes. qz ex flatu  
vēti noxio et imbre corrupto generantur qdam  
tele q̄si araneaz q̄bus obuolūtur fruct' et p̄su  
mūtur et aduūtur. ledit et vitē rapbanus odit  
et caulem. et omne olus odit etiam et corolum.

unde quia talia vitibus sunt vicina / mistes et egre  
 efficiuntur. vitru quidem et alumen et aqua marina et  
 fabe acrisie putana vltima et maxie iterime  
 tia vitium sunt venena (bucufq; pli. li. xiiij. c. ij.)  
 Dicit apud priscos vites inter magnas arbores  
 numerabatur. In aliquibus enim partibus sunt vites  
 ita magne ut ex earum truncis statim fiant et coluine  
 ut patet in simulachro iouis in vrbis populonia.  
 Super tectum etiam repli ephesie diane vna vite a  
 tiqui scandebat. coluine quoque de talibus vitibus fa  
 cte diuissime remanent incorrupte. in paucis. n.  
 lignis natura etemior est quam in vite nullo sine cre  
 scit. et circa domos et villas circuncidi possunt  
 Scadunt et in multis partibus vsque ad vltimi vel  
 populi arboris summitates et et eorum rami quasi  
 manuali affectu suis brachijs se connectunt. Ar  
 bor est utilis et medicinalis tam in fructibus quam in  
 fructu. et emittit ac reddit liquoris succis omni ar  
 borum meliore. quam persicidif / lachryas emittit puris  
 sima. et illa lachrya vtiliter colinis adbibet. per il  
 lius lachryme euulsionem depurat eius substan  
 tialis humor in radice vni fructus surgit per ea dul  
 cior et purior ex ipsa vite. sfolia vitis superlata  
 sunt inter plana / viridia / et mollia. exten autem  
 valliculata et villosa in extremitatibus. lateribus  
 intercisum et acuta multum obumbrantia / quorum vni  
 bra estuantibus et quiescere cupientibus est iocunda et  
 sunt multum medicinalia. Nam vulnera mundant et  
 munda sanant. in aqua decocta refrigerant. calorem  
 febrile mitigant. estuationem et tumorem stomachi  
 cathaplasmata mire sedant. pignatez adiuuant /  
 somnum puocant et cerebrum recreant et confortant. et  
 lachryma potata sepe calculos frangit (ut dicit  
 dia. visum acuit / lipitudinem oculorum tollit moris  
 bus venenatis et veratioribus succum / ventre si  
 stit. Cinis etiam valet ad predicta que succo ruthe et  
 oleo admixto tumorem splenis spergit (ut di. idem  
 pli. li. xiiij. c. i. dicit folia vitium dolores capitis  
 purant / inflationes sedant / cum farina ordei cali  
 da arthetica curant / dissenterios valde iuuant si  
 eorum succum bibant pauentes. lachryma eius cum oleo  
 super locum pilosum illita modo psiletri pilos aperit.  
 et hoc maxime facit lachryma quam ramus vitis vi  
 tidis emittit et resudat. venucas tollit. cortex vi  
 tium et folia arida vulnerum sanguinem sedant. psuq;  
 vulnibus coagulant atque sanant cinis vitium morfi  
 stula purgat atque curat. nervorum dolores et para  
 ctices mitigant. scorpionum et canum plagas cum  
 oleo sanant. cinis cornias per se pilos ablatos re  
 staurant et multiplicat (bucufq; pli.)

De vite.

**V**itis siluestris siue agrestis est labru  
 sca sic dicta. quia in terre marginibus  
 crescit. a labro. n. dicitur labrusca. s. ab  
 extremitatibus terre vbi nascitur. sicut di. sli. lib.

liij. Est autem similis viti vniifere in folijs / sed non  
 fructu. nam fructum facit modicum aut nullum. et si  
 que fecerit / ille durus est et sicut et amarus. vitis  
 vniifera degenerat sepe in labruscam quam non colitur  
 nec putat. et e converso si labrusca fit vitis vi  
 nifera per culturam debitam et tonsuram (ut di. pli.) et  
 quavis labrusca non sit quo ad abum vtilis est  
 vtilis quo ad medicinam. nam eius radix elixa in  
 aqua pluuiali et mixta vino hydropicos curat /  
 oes maculas tollit / tussim desecat / puluis radi  
 cis eius contra defectum stomachi mire subuenit ut  
 di. dia. Pli. autem (li. xiiij. c. ij.) dicit sic. Labru  
 sca grece apeloe sargia appellatur spissis folijs  
 vni cortice / vnas fert rubetes modo cocti. quarum  
 succo mulieres cute faciei purgant et ille vne cum  
 folijs et succo vite vtiliter apponunt vitis co  
 rax et lutoz nite cum aceto scabiem hois et quodru  
 pedum curat. bucufq; pli.

De vitulamine.

**V**itulamen a vite dicitur illa planta ba  
 starda siue spuria et infructuosa que  
 nascitur a radice vitis siue alias non  
 procedit ex ipsius gemis. et tales plante degeneres  
 sunt et innaturales. et ideo non fructificant sed vitem  
 onerant et grauant et fructum impediunt ac retardant  
 nam humorem attrahunt a radice que deberet transferri  
 ad fructum nutriendum. et augumentandum et ideo dicitur  
 citius extirpari ne diutius crescentes diminuant  
 fructum vitis. et ideo tales plante adulterine dicuntur  
 spuria vitulamina. i. degenerantia et non natura  
 lia. ut dicitur in li. sapien. c. iij. et hec est lra rabani  
 et antiquorum quavis aug. in li. de doctri. chris  
 dicit. quod melius diceret adulterine plantagine.  
 quod vix est quo ad simplicium intellectum. vera tamen  
 lra est et bona quo ad intelligentes. s. spuria vi  
 tulamina etc.

De vinea.

**V**inea (ut di. papi.) est locus vbi plantantur  
 vites. vni et viuictum vocantur lo  
 cum vbi sparsa est vitium multitudo. vi  
 nea diligenter excolitur et ab omnibus superfluis expur  
 gatur. a cultoribus sepius visitatur. et ne ledatur a bestiis  
 macenis et sepibus circumdatur. et ne deripiantur fru  
 ctus eius custodes in ea super speluncam ordinant. in  
 hyeme sine custodia relinquitur. sed in autumno a mul  
 tis frequenter. in hyeme valde pallet in vere et in  
 estate viret / floret ac redolet. sed in autumno fructum  
 gaudet. odor florentis vinee omni venenoso contra  
 riatur. et ideo ipsa florente fugiunt colubri et bufones  
 sustinere eius fragrantia non valentes / virore et a  
 mentate delectat visum fragrantia et aromacitate  
 affiat olfactum saporis suauitate reficit gustum fo  
 liorum lenitate demulcet tactum. aerem diligit purum /  
 serenum (ut di. pli.) et minus diligit tempus nubilo  
 sum terram diligit calidam et siccam / medio criter  
 pingueam atque dulcem. nam quando terra est  
 nimis pinguis vel nimis humida / luxuriat in

## De arboribus et plantis

ramos et in folia et paucos habet fructus / quoniam non est in terra arenosa et nimis macra cito deficit et are / scit cum ibi non inueniat sufficiens nutrimentum. si si fuerit in terra amara vel saluginosa corrumpit ra / dixit ei malicioso humore radices subam subintrat / re. et ideo diligit terram dulcem et in suis qualitatibus / temperata. et ideo motus alti soli bene expositi sunt / optima loca ad vinea. quia in eis humor est dul / cis et calor fortis. et pro vinea soli est magis ex / posita. tanto fructus reddit dulciores. Primo autem / est fructus viridis durus / stipticus / et acetosus. deinde per de / coctionem solis dulcis efficitur et deliciosus. sub fo / lio ipsius vinee latitant vulpes vvas vinee cor / rodentes auidae et deuastantes. et maxime vbi cu / stodes sunt negligentes. nec prodest quod aliqui mi / nus sapientes ponunt et claudunt vulpium aduer / sarios. id est canes intra vitium maceris sine sepes / na plura demolluntur et destruunt vvas vinee sic in / dunt pauci canes qui furtime facerent plures vul / pes vt. d. Isido. et ideo sapientes vitatores sum / ma indigent diligentia ne subintraret porci seu ca / nes domestici seu vulpes. Et muscarum autem et ver / mum corrosione non potest seruari vinea nisi per ipsi / mauum quod omnia continet in sua parte vt. d. Isid. et sal / uat magnifice vniuersa.

De vva

**V**va ab humo humes est dicta quasi / humida eo quod intrinsecus humoribus plena est. vt. d. Isid. li. xvij. Et / munda autem componit vva. scilicet ex folliculis / glarea et / anillis. folliculi dicuntur vinaria siue thece in quibus / glarea continetur. Et est glarea succus siue / humor pinguis ipsius vinee. Anilli autem dicuntur / paruula grana que sunt in racemo et dicuntur alio / nomine acini ab aceto acis. et dicitur hic acinus / acini sicut patet in maiori volumine piscian vbi / dicitur illud ysaie paulini. Exprimit humores acinos / succumque liquere. Aliqui tamen dicunt hoc acinum vva / et est generale nomen ad botros et ad racemos / nam vva proprie est multorum granorum coadunatio. / racemus autem dicitur vnum granum. bonus autem vvarum / congeries vel congregatio. quia gallice dicitur moissinie / secundum papiam autem et Isid. racamus est botionis / pars. scilicet ramusculus cuius prescisus. nam a ramo / dicitur racemus. secundum Isido. vva a multis dicitur / suburbane eo quod in vrbibus videntur ad coeden / dum. Comendat. n. eas et species et iocunditas sa / poris quarum multe sunt spes sicut sunt procoate sic / vocate. quia cito maturescunt et ante omnes calore so / lani decoquuntur quasi greci lageos dicunt. quia festi / nant ad maturitatem sicut lepus. Item sunt pur / puree a calore purpureo sic vocate. Item sunt / dante sic dicte a magnitudine sicut dactyli a lon / gitudine. Item sunt stephente a rotunditate nu / cupate. Item sunt cretane sic dicte eo quod rube /

ant velint ignis. Sunt autem et aduine vva. scilicet albe / mineo. scilicet colore rubeo non permixto. Item sunt / apiane facientes vinum dulce quas nisi cito colli / gas pluuiis et ventis et maxime apibus infe / stant per quarum depredatione apiane sunt vocate / Item sunt et bicabite a regione nomine fortite. tur / bines / pluuias et calores optime substinent et / in terra macra non deficiunt. huiusmodi dicitur esse basili / ca. Item sunt argite quasi nisi primo tempore colligas / aut in terram cadunt ante humore computrescunt. Item sunt / et elbolie id est varie que neque purpuree sunt ne / que nigre ab albo colore sic dicte. elbui. n. inter al / bum et nigrum est medium. Sunt autem et multe alie diffe / rentie vvarum differunt ab invicem et in colore et in / sapore / in magnitudine et virtute. sicut he sunt ma / gis famose vt. d. Isid. li. xiiij. secundum Isaac non / in die. color vvarum quadrupliciter variatur. Sunt / enim vva oino albe dare et aquose modicum carnis / habentes cortices subalbes ossa exigua. Sunt etiam / vva oino nigre / grosse carnis et cortices. parui / humoris / et ossium magnorum. Sunt et amine que / magis precipitant cum albedine quam cum nigredine. / Sunt iusup rufe que magis accedunt ad nigredi / nez quam ad alborum. Albe leuiter nutriunt / faci / le digerunt. venas penetrant et vrinam puocant. / Nigre sunt dure digestionis tamen stomachum plene con / fortant et et plus nutriunt quam bene digerunt. Li / tane autem et rufe sunt medie in virtute. Et sicut di / citur idem Isid. quanto vva sunt maturiores / tanto sunt / laudabiliores ad numendum et gustandum bonum / sanguinem meliores vva quam minime habent carnis quam hu / moris / laudabiliores humores generant quam ille / que sunt plurius carnis quam humoris / non tamen / sunt tanti nutrimenti.

De vva imatura.

**V**va imatura est frigida et sicca et / multum acerba. parit nervos sua fri / giditate. dentium etiam radices in ta / tum / quod obstupescunt et videntur quodammodo congelati / ri. virtute enim habet costringendi / et colericum vom / tum reprimendi / et calorem epatis extinguendi / si / tim auferendi / acutum calorem mitigandi / humores / grossos in oculis et in palpebris desiccandi / et / pruritum oculorum et asperitatem abstergendi (vt di / citur Isid.)

De vva passa.

**V**va passa multis modis fit. aliquando n. / torquetur illud per quod vva dependet a vite / ita quod non possit humore vltimo ad vvam / ascendere et sic permittit a sole per dies aliquos desic / cari. Et hec dicitur vva passa propter calorem solis / quam panis. et est optima ad comedendum. aliquando / racemi inuoluuntur in pannis vitis et colli / gantur folia filis ne racemi dispergantur. et post / quam panis est extractus de cubano quando / calor est tempus imponuntur ibidem racem.

inuoluti et exsicantur. simili modo dicuntur iste  
vuae passe. quod quaedam violentiam a calore di-  
bani patiuntur. simili modo quandoque in fuma-  
rio fit vua passa. unde dicit alexander nequam.  
Dant vuas passas diban? fumaria phebuis. de  
vua passa. d. Isa. in die. Vua passa perfecta in  
dulcedine est calidior maxime si nigra est. nec ni-  
mo mollificatiua. nec nimis etiam stipatiua. s.  
media malos humores temperat et mitigat mor-  
sione maxime quam pinguis est et carnosus et corticis  
est tenuis. et ei ossa siue granula sunt exigua at-  
que pauca. hinc vna passa? doloze in pectoris  
adiuuat/pulmonem mundificat / ruffim sedat/ ve-  
sica et renes purgat. spleni in et epan. non uenit  
si habuerit duritiam et grossitatem. vua autem passa  
hinc acerbitate cum quadam potestate min? est cali-  
da quam sit dulcis et min? humida maxime si sit al-  
ba. et ideo par? nutrit/ colore extinguit/ ventre con-  
stipat et restringit.

## De vino

**V**inum dicitur quasi in vite natum vel a uena  
eo quod potus eius uena sanguine cito  
replet. ut dicitur. Isa. li. xxi. ubi tractat de  
potu. Temere autem dicitur forte uinum eo quod terat me-  
tem et temerarie agere sepe facit. dicitur et merum quod  
est purum et aque non admixtum. et dicitur bach? a libe-  
ro patre qui uocabatur bach? et dicitur fuisse primus re-  
pertor uinis. vel bach? dicitur ab effectu quod fortitudi-  
ne sua facit bibentes furere et in alios debacha-  
re. laudes autem uini non potest ad plenum describere  
etiam si uideret bachus ipse. Inter autem omnes li-  
quores et succos arborum uinum optinet principa-  
tum: nam pre omnibus liquoribus uinum moderate su-  
ptum corpora pl? confortat/ corda lenificat morbos  
et vulnera euacuat atque sanat. uinum Isa. d. in vltis  
dietarum. Uinum dat bonum nutrimentum corpori sa-  
nitatem reddit perditam ac custodit calorem natu-  
rale pre omnibus cibis et potibus confortat et aug-  
mentat propter familiaritatis confortium quod habet cum  
natura. uinum sanguinem purissimum generat et turbidum  
purificat et clarificat. uenarum ora aperit et  
ad interiora cum mundificandi sua subtilitate pe-  
netrat et tenebrosam fumositatem tristitie induci-  
uam illuminat atque fugat rotam corporis nescia  
corroborat et vigorem singulis administrat. uinum  
hinc bonitatem actio aie manifestat. facit in ea tri-  
stie et dolorem oblivione. nec permittit eam senti-  
re angustiam et dolorem acuit intellectum et facit eum  
doctilem ad inuestigandam rem difficilem et subtilem  
animosam etiam ipsam efficit et audacem. uinum patet  
uini excellentia cui? usus conuenit omnibus ho-  
minibus / etatibus / et regionibus si debito  
modo sumuntur bibentis a singulis assumat. semper  
etiam uenit quod calor uini eorum repugnat frigidita-  
ti. Inuenibus uenit secundum cibum. quod natura silis

est nature et etati inuenili et adulescentibus et pu-  
eris est abusus et medicina. quod eorum calori adhuc  
imperfecto nutrimentum exbet et ipsorum humidita-  
tem superflua puenle consumit et desiccatur in fri-  
gida regione et in hieme uinum forte et multum pu-  
rum uenit. in estate vero et calida regione uinum pa-  
rum et multum mixtum uale est. corpus. n. humectat  
et refrigerat propter mixturam aque subtilitate  
uini ad remotiora membra ducit valde cito. id  
antiqui uocauerunt uinum rynacum magna. quod in-  
uenerunt illud duarum rerum esse inuatiuum. calefacit. n.  
corpora frigida et in frigidat calida / humectat  
siccata / et humida extenuat et desiccatur. sed eius cale-  
factio et siccatio est naturalis. humectatio uero  
vel in frigidatio est accidentalis. quod subtilitate  
sua potest aquam ad membra que necesse sunt in-  
frigidari et humectari ipsa aqua. ut dicitur. idem. In  
uino autem considerantur ista / substantia siue liquor /  
color / sapor atque odor. Nam secundum substantiam uinum ante-  
ditur subtilitas et terestritas siue grossities at-  
que mediocritas. Uinum substantialiter tenue et  
subtile / album est et durum et conuenit stomacho  
quod cito digeritur et uenas perforat / mentem non per-  
uenit neque ledit / nec uis nec cerebro aliquid infert no-  
cumentum. uinum autem terestre atque grossum est huic  
oppositum. stomachum. n. grauat et difficile pene-  
trat. Color autem uini est quadruplex. s. albus in-  
ger glaucus / citrinus et roseus siue rufus. album  
uero et nigrum uinum ceteris est minus calidum  
et album est magis humidum quam nigrum pro-  
pter subtilitatem et aquositatem sibi dominantem.  
nigrum uero magis siccum est propter grossitatem  
et terestritatem ei magis substantialiter domi-  
nantem. Uina uero mediocres colores habentia  
sunt alijs calidiora. s. uinum citrinum / seu aureum  
et uinum rufum. et hoc secundum quod magis ab illis ex-  
temperantibus sunt remota / sunt minus calida / et  
quanto illis sunt uiciniore / tanto sunt magis calida

## De uino rubeo.

**V**inum rubeum valde intensum in  
bore / sicut sanguis fortissimum est et  
multum ledit caput et percutit mentem  
et forte facit ebrietatem. et ideo optime indiget  
aqua immisceri. unde si commisceatur quando oportet et bi-  
batur propter etatibus / et temporibus / et regionibus / ac-  
consuetudini conuenit atque decet multum est lauda-  
bile quod grossos dissoluit humores. uias uenarum  
a putredine mundificat et sanguinem purificat ma-  
xime si uinum fuerit purum. et ideo conuenit se-  
nibus. quod eorum colorem confortat et frigidorum hu-  
morum dissoluit abundanti in senibus corporibus  
collectorum. uinum rubeum necesse est habere saporis  
ponticum siue dulcem et liquorem inter grossum et sub-  
tile mediocre. et odor eius in aromaticum et graue

## De arboribus et plantis

et tale vinū ceteris est temperius ad nutriendū  
7 facilius muratur in sanguinē ppter similitu-  
dinem quā h3 cū eo in liquore 7 sapore 7 colo-  
re. Vinū dulce 7 multū rubeum iuuat ad mun-  
dificandū vitia pectoris 7 pulmōis. valde. n.  
est saluiferū viscosi humoris 7 lenitiuū / 7 im-  
mūdicie absteriuū. Vinū autē cōsideratur odor  
nam vinū aromaticum signat suūz liquorem  
subtilē esse 7 temperant omi3 sordicie emunda-  
tum 7 optime digestiuūz. 7 ideo darum gene-  
rat sanguinē atq3 mundū. et est cordis conforta-  
tiuū / lenificatiuū / 7 sumi grossi 7 obscuri 7 tur-  
bidi expulsiuū. vñ hypocras. Vinū inquit odo-  
niferū subtili? ceteris est 7 leui? 7 digestibili?  
acnumbili? qz natura in eo suā ppleuisse sigt  
aciōez. vinū nō qd nulli? est odoris sue vento-  
sitas grossitiem insinuat. 7 iō illaudabilis est  
nummētū. nec clarificat sanguinē nec etiam cō-  
fortat 7 generat humores grossos. 7 fumū tur-  
bidū et obscurū. vñ horribilissimū habens odo-  
rem 7 sapore pōtici pessimū est. qz infert corpū  
maximū nocimentū / pessimū generat sāguinē  
et noxiūz. confert corpori nutrimentū maxime  
si vinū fuerit valde nigrū. ad quod p̄inet gros-  
sities liquoris et grauitus odoris et ponticital  
saporis. vinū itaq3 predictis qualitatib? repa-  
tū si temperate et modo debito bibat naturam  
adiuuat laudabilem sanguinem generat / sapo-  
rem abis et potibus administrat / desiderū et  
appetitū excitat / vitale virtutē 7 naturalē p̄for-  
tat / stomachū ad abū appetendū 7 recipiendū  
ac digerendū iuuat. virtutē expulsiuā ad expel-  
lendū feces excitat. sitim sedat / passiones aīe  
malo in bonū alterat et immutat. Naz animaz  
vertit ab impietate ad pietatē / ab auaricia in  
largitatem / a supbia in humilitatē / de timore i  
animositatem. 7 vt breuiter dicam vinū mode-  
rate potatū corpū 7 aīe sanitas ē (huicq3 Isa.  
in die. 7 pli. li. xiiij. c. ix) vbi dī. vini natura est  
ipso hausto accendere viscera intus. foris nō  
ipso fuso infrigidare membra que ab ipō p̄fun-  
dunt. vñbus autē corpū nihil vno vtili? si ad-  
sit mod? nihilq3 p̄niciosus si modus in sumen-  
do non teneat. vñ andronides sapientia dar?  
scripsit ad alexandrum magnū cobibens intē-  
perantiā vini in bibendo. Rex inquit memēto  
te bibere sanguinē terre. nā bibere intēperate vi-  
nū acuta est homini seu venenū. quib? p̄ceptis  
si ille temperasset p̄fecto amicos in temulentia  
non interimisset vt. d. pli. Idem mala autē que  
facit vinū intēperate 7 immoderate sumptūz  
tangit ibidem in eodē li. c. vi. Adentem inquit  
mutat in furorem. in mali imperū et obliuionē  
boni. ebrioso si quidem inest palloz in facie 7

gene. pendule oculoꝝ assunt vlcera et lipitudo  
manus tremula lingua q3 ligata. postera die  
eructationes alicuius fedivelud de sepulchro  
et grauiissime sentiuntur in capite punctiones.  
amaricat fumen. s. palati summitatem. amica-  
bilis id est colera que intenditur a calido fumo  
vini et estualis sitis torquet guttur. nam hec ne-  
cessitas vinū sequitur vt bibendi p̄suetudo qui-  
ditatem pariat rebibendi. vñ more sanguissu-  
gevinolenti quanto plus bibunt tanto plus si-  
tiunt. Ad hec verba pli. addit Isa. dicens sic.  
Si vinū vsq3 ad ebrietatem sepe assumptū fue-  
rit rōnis lumen extinguit et vim brutalem con-  
fortat. vnde p̄manet corpus velut nauis in ma-  
ri non habens gubernaculū aut rectore. et sicut  
militia non habēs principē neq3 ducē p̄pter  
qd fauet ebrius rei nō annuande et laudat qd  
in se est illaudabile de sapientibus facit stultos  
de beniuolis p̄uersos effiat 7 malignos. Nā  
ebrietas est oim vicioꝝ fomes atq3 cā. in adū  
.n. ebriosi in homiadio adulteria 7 furta. 7 iō  
volētes custodire familiā oportet eos a vino cu-  
stodire ne vinū pl? bibant quā eoz virtuti expe-  
dit et nature.

### De vino nouo.

**V**inū nouū qd de lacu id est de cup-  
pa nouiter est sublatum vocat mustum  
qm. s. de torculari primo est ex-  
p̄sum. 7 est sic dictū quasi tenēs mus. i. terram  
siue lutū. mus. n. grece / terra dī latine. vnde et  
bum? terra dī bumefacta. In musto autē pres-  
terree 7 feculente que p̄tibus aqueis 7 aeris sūt  
admixte in aquas agēs virtus ignea fortissimā  
faciūt ebullitiōē. naz pres ignee 7 aeree mouē-  
tur sursum pres vero terree deorsum. 7 ex tali p-  
turbatione 7 repugnantia fortis fit ebullitiō  
donec vincente calore puri ab impuro fit sepa-  
ratio / 7 cōpleta digestio. Inest autē musto tāta  
vis feruoris / vt vasa fortia ex eo plēa absq3 spi-  
ramine mox dirūpat. vt dicit p̄stan. 7 grego. su-  
per iob. vnde p̄ spiraculi aperturā spumosi vi-  
ni immudicia ad vasis supficiē vi caloris eru-  
cta cōtinuē euaporat donec purissimū vinūz fi-  
at. In principio autē quādo mustūz eliquatur /  
valde est turbidūz atq3 spissūz. 7 ideo vt dicit  
Isa. bibitiū grossum generat fumū tembilium  
somniaꝝ inductiuum. malos generat humo-  
res. rugitum facit 7 inflationē. in intestinis mu-  
stum nouum valde ventosum est 7 spumosum  
propter resolutionem partium vi caloris. vñ  
de galie. **V**inum quocumq3 est recens non  
habet vim ducendi abum per corpus vñd vē-  
rositatem 7 inflationem ac fastidium generat

quāto pl<sup>9</sup> aut durat post expressionē a torcula  
 ri tanto pl<sup>9</sup> clarificatur et depurat<sup>r</sup> / et apli<sup>9</sup> intē  
 ditur calor ei<sup>9</sup> / qñ. n. ad huc ē mustū ab ebullitō  
 ne nō q̄sāt. nec terrestria ad suū locū descēdūt  
 nec aerea et ignea sursum locū suū petunt et rema  
 net adhuc indigestū. et iō qñ vinū est bene defe  
 catū / lucidū atq; clarū laudabile est et amicitū  
 nature. qz tunc confortat calor eius quotidie et  
 tā in odore et sapore q̄ in virtute meliorat nisi  
 forsitā ex corrupto aere v<sup>l</sup> ab aliquo corrupto  
 vase corrupat. Nam si vas ipsum continens cor  
 ruptū fuerit et ipsum vinū corruptū erit. Ex ae  
 re aut corrupto et calore vel humiditate nimis  
 distēperato vinū sepe corrupit. et iō nūc acēsat  
 nunc pinguescit vel totaliter spūtescit et tunc  
 nature hoīs est pessimū et maxime inimicū et est  
 fugiendū simpliciter vt venenū. Vinū etiā ve  
 rustissimū in calore excedit tēperamentū. et iō sa  
 porē mutat et colorem. et tale vinū suo acumi  
 ne ledit cerebrū et percutit mentē. et sua siccitate et  
 caliditate inflammat s̄bālem humiditatē extin  
 guit calorem naturalē. et iō nec nimis recēs nec  
 nimis antiquū est laudabile sed pot<sup>9</sup> inter duo  
 extrema est mediocre. s̄m q̄ ab extremitate noui  
 et vetenis magis est remotū. qz illud maxime est  
 temperatum. bucusq; Jsa. in dietis.

De vino condito.

**V**inū conditum fit artificialiter et ad  
 mitione aromaticam tam specier<sup>9</sup>  
 q̄ herbarū. vt patet in vino saluā  
 to / in vino rosato et gariophilato / et est illud vi  
 num cōuentēs taz in potu q̄ in medicina. virt<sup>9</sup>  
 enī tam specier<sup>9</sup> q̄ herbarum immutat vinum  
 et sibi cōfert virtutem singularē. et ideo talia vi  
 na sunt salubriora et delicatiora quādo eis sa  
 lubres species debito modo incorporantur. vir  
 tus enim specier<sup>9</sup> cōseruat vīna ne de facili cor  
 rum pant. vnde talia vīna suo sapore delectāt  
 gustum / exatant appetitū. sua aromaticitate  
 cōfortant tam cerebrum quā stomachū. mūdi  
 ficant etiā sanguinē et penetrant ad interiora  
 tam venarū quā membrorū (vt di. Jsaac.)

De vino primo dulce.

**V**inum primo dulce et temperatū in  
 sapore p̄ solis vel aeris decoctionē  
 et longam ebullitionē corrupit /  
 et in acetositatem cōuertit / qñ nō habet vim q̄  
 custodiatur. vt di. Jsaac. in dietis. in. c. de ace  
 to. Nam p̄ accidentalem calorem virtutem ca  
 loris naturalis excedentē et vincentem subtilia  
 tur substantia liquoris per caloris accidentalis  
 ebullitionē et extingit calor naturalis. vnde vi  
 nū qd̄ primo erat substantialiter vel naturalit<sup>r</sup>  
 calidum / p̄ corrupentem calorem efficiatur essentia

liter frigidum et auertitur in acetū. magis autem  
 siccū est quā sit frigidū. moderatē enī infrigidat  
 siccū i primo gradu / sed fornter desiccatur. quia  
 in tertio gradu vt dicit ibidem. vñd̄ p̄pter sub  
 tilitatem sue substantie et frigiditatis debilita  
 tem p̄forat de facili corpus et penetrat ad loca  
 quē valde sunt remota. vnde null<sup>9</sup> alius liquor  
 acetosus vt malignanati et similiūz habet vim  
 penetrandi ad loca tā p̄funda. qz talis liquor  
 in locis vicinis opatur efficacius quā in remo  
 tis. vnde qui vult infrigidare calorem stomachi  
 aut alia sibi vicina mēbra vtilius vnitur grana  
 torū succo quā aceto. sed ad loca remota infri  
 gidanda vtilius est acetum quā succ<sup>9</sup> grana  
 torum vel agresta. habet enim vim viuacem qua  
 dirigitur ad longinqua. idcirco est dissolutius  
 et extenuatius et inasimum. et ideo sanguinē et  
 lat coagulatur calefactū in stomacho dissoluit  
 si bibatur. Est etiā acetū (vt dicit ibidem) sto  
 machi cōfortatiuū / appetitus excitatiuū. et  
 augmētatiuū et malorum oīum ad stomachum  
 descendētium potenter repressiuū. Est etiā con  
 tra venena et venenosa mortem inferentia. vt  
 ipsum apium / ius quiamū et euforbium iuuan  
 uum (bucisq; Jsaac.) Secūdum pliniū vero  
 et dia. acetū forte positum sup ferrū vel frigidū  
 humū / mor ebullit. fluxum ventris et sanguis  
 sistit si inuenit ventrem plenū soluit si vacuum  
 ipsum stringit. litargias et freneticas subuenit.  
 vulnera recentia mūdicat et abluit / et ipsa in  
 tumescere nō p̄mit. fetorem oris et gingiuarū  
 abluit et abstergit. nervos dentium percutit / et ip  
 sos bebetes et stupidos cito facit vomitū et nau  
 seam reprimit et compescit. gargarisatū aurib<sup>9</sup>  
 surdis subuenit / et vias auditus aperit. oculorū  
 acie exacuit / corrodit metalla et ex eis diuer  
 si colores gignuntur. vt cerusa ex plumbo. es vi  
 nde ex cupro. lasurū ex argento. ouū in aceto di  
 mensum p̄ plures dies mollificat in testa et euz  
 ad modū pellicule molle facit. fex acetū valz cō  
 tra morsus serpētis cornuti / qui dicit cerastes.  
 similiter cōtra morsus rabidi canis et coodrilli  
 bucusq; plinius lib. xiiij. c. f.

De vinado.

**V**inacū et vinaz dicitur posterius  
 vinū / qd̄ cōpressis vltis vltimo elī  
 quat. et est q̄ si fex totius vini. Eli  
 nacia dicitur pellicule et acini / que remanent ex  
 presso vino. et p̄ collectionē vini extra p̄hant  
 tur. vñ d̄ in greasmo. Pelles vuarū vinada  
 dicuntur. Et dicas acinum / qd̄ in vua cenis  
 acuti. Vinacia vero libēter comedūt sues quā  
 uis modicam aut nullum prebeāt eis nutriti  
 um. nam plus insiant quam nutriant.

De vinaria.

## De arboribus et plantis

**H**ec vinaria vinearie dicitur celarium vel locus ubi vinum occultatur et reponitur. unde quanto locus ille frigidior et siccior tanto est aptior ad vina in dolis reposita conservanda. et ideo excavantur loca lapidea. et sub terranea ut in eis vina melius conserventur a corruptione calidi aeris ne arescant vel alio modo corrumpantur.

### De viola.

**V**iola propter violentiam odoris sic nominata (ut dicitur Isidoro) cuius tres sunt species. scilicet purpurea/alba et mellina. sed omnia folia nature frigide sunt et aquose et etiam solutiva. unde viola cum melle et aqua decoctae solvit ventrem. similiter si cum zucchero macerentur et in vase vitreo diu soli exponantur alium laxant/inflationem mitigant calorem febrem alterant sitim sedant. semen eorum parturientium eicit et excludit. lumbricos occidit. calefactioni epatis subuenit. herba quidem modica est viola in substantia que recens melior est quam antiqua. cuius flos maximus est odoris. unde odor eius cerebri calorem mitigat et spiritus animales recreat et confortat. somnum provocat quia cerebrum refrigerat/temperat humectat. quanto flos eius est virtuosior/ tanto plus inferius caput deprimat et inclinat. Item flores venales prius oriuntur et se citius manifestant. parvitate eius in substantia magnitudo odoris pariter et virtus nobiliter recompensat. ut dicitur Dioscorido.

### De ymo.

**Y**mus nomen accepit eo quod in locis viginosis et humidis melius proficit. nam in montanis et asperis minus letat ut dicitur Isidoro. li. xvij. radices in terra profunde figunt et de profundis terre visceribus ad nutrimentum ramorum et frondium humorem sugunt. ramos multos et nodosos ex se mittunt. et foliorum suorum densitate umbram viatoribus gratam faciunt. Est autem arbor sterilis et tamen inter glandiferas a Plinio computatur. flores habet subalidos et odoriferos ad modum ulie. et quedam sunt grana ut cubebe. sed eius fructus est inutilis eius flores frequenter apes ex eis mellis dulcedinem colligentes. et quis quasi sterilis sit in se tamen utilis est vitis fructifera. cuius fructus et palmitibus sursum erigit et sustentat. corticem habet durum et rugosum/ sed est lignum molle interius et lenissimum et ad sculpendum valde aptum. sicut tilie. ut dicitur Isidoro.

### De urtica.

**U**rtica ex eo est vocata quod tactus eius corpus adurat. Est enim ignee nature ut dicitur Macrobius. secunda non modica

vis illius dicitur esse. unde nec immerito nomen sumpsisse videtur. Tactaque exurat digitos urtica tenentis. Urtica autem est duplex. scilicet urens et mordens/ pustulas et pruriginem gignens. aspera habet folia et acuta et subrubea. hastulas habet angulosas et villosas et manus tangentis urticae. et est gravis odoris subamari saporis. Alia est urtica que dicitur mortua folia habet albiora et molliora et magis rotunda et tangentes non exurit. florem habet nunc rubeum/ nunc album/ et valde gravis odoris pariter et saporis. utraque urtica est medicinalis. nam succus eius cum vino bibitus/ valet contra bitericiam et contra colericam passionem cum melle curat antiquam tussim et mundat pulmonem. et ventris inflationem sedat et tumorem. folia eius cum sale contrita vulnera sordida mundant et curant. similiter morsum canis sanant etiam canoros. radix eius contrita cum vino et cocta in oleo valet contra tumorem splenis. succus eius fluxus sanguinis de naribus sistit. cum munda menstrua stringit. semen eius cum vino bibitum precipue mixtum melli et pipere movet venem et provocat urinam. herba recens cocta ventrem mollit si comedatur. unde dicitur Plinius. et precipue urticam recentes quando primo crescit in marcio decoquere per modum oleris et comedere contra multas corporis passiones. valior tamen est in medicina quam in esca.

### De zizania.

**Z**izania herba quedam est de qua Isidoro. li. xiiij. quam poete infelix Iosium dicitur/ eo quod sit inutile et infecundum. et est femini generis in singulari et neutri in plurali. ut dicitur idem. nascitur autem inter triticum temporibus corruptis atque siccis. quam diu est in herba similis est tritico/ tunc eo potest vix discerni. suffocatur autem ipsum triticum atque ledit/ nisi ab eo cautius separetur cum cautela magna. Non est zizania quam ad huc recens est eradicanda/ ne propter similitudinem quam habet cum tritico vel zizania colligatur vel triticum sub zizanie specie euellatur. Caustus igitur est ut quis triticum a zizaniis non discernitur/ usque ad messes utrumque crescere permittatur. et tunc zizaniis per semet cognitis a tritico et discretis per fasciculos colligantur. et tritico in horreis collecto zizania per fasciculos comburantur. Habet autem zizania vim acutam et quodammodo venenosam/ inflativam et ventosam. et ideo inebriat et mentem percutit et caput ledit. immutat saporis panis cui admiscetur et inficit. et si in multa quantitate comedatur valde ledit. immo quandoque interimit et occidit quibus autem sit noxia intensus in corpore ad edendum utilis tamen extrinsecus est ad comedendum.

nam si cum farina ordei et pulvere thuris ac croci miscetur/conceptum adiuuat in mulieribus atque partum. mixta cum sulphure et aceto. valet contra impetiginem/serpiginem et prurium. mixta cum semine lini et in vino cocta dissoluit apostemata. scioricum siue durum decoctum cum semine cortice et radice sanat vulnus et mundificat putrefactum. valet etiam contra fistulam et contra cancum. mire puocat mensura et mundificat matricem et disponit ac preparat ad conceptum. vt dicit plini. et dia.

**De zinzibere.**

bedit natura cornua magna / circa temporum loca ad modum scuti rotundi reuoluta / que tamen in extremitate aliquantulum sunt acuta. ut eorum duncie et fortitudine / caput defendit / et eorumdem acumine aduersarios impetat et impugnet. ut dicit idem. sine enim armis defensionis / non decebat naturam gregis relinquere defensorem. et ideo duo dedit natura sibi cornua / ad modum circuli replicata / ut caput proprium quod ex se est infirmum protegat. et contra aduersarios armis munitis se audaciorē et armorum confidentia exhiberet. et ideo securius preceat gregem. et erecto capite / et fixo pede ungula diuisa vestigio firmius terram premit. vellus habet pinguius. et in vellere prolixius pilos diffundit. fortiori etiam corio / siue spissiori cute / contra extrinsecas aeris calidi vel frigidi iniurias se defendit. et ideo sue cutis superficies / ratione sue fortitudinis corianorum violentas arces preceat ouium pellibus sustinet. et ad diuersorum telorum recipiendam impressionem habilior se prebet. (ut dicit idem) tempore autem pugnat pro vrbibus suis. et aduersarios cornibus impetit. et ut melius impugnet et fortius contra resistentem retrocedit resiliendo / et cum impetu homines ferit. De arietibus etiam dicit Auicenna libro. viij. arietes inquit et capri vadunt multum in uanuz / in hyeme non se abscondunt propter frigus. et aliquando exeunt de loco calido ad locum frigidum. et quando pluit non fugiunt a pluuia quousque moriantur. et arietes naturaliter sequuntur capros. et quiescunt omnes quousque pastor unum accipit ex eis / et facit ipsum antecedere / et sequuntur alij. et timēt naturaliter tonitrua / sicut oues que si impregnate fuerint / et audierint tonitruū / abortiunt pro timore. et ante mediā noctem stant simul cum ouibus et dormiunt. et post sparsim in dormiendo super latus alterant vices. nam a vere usque ad autumnuz / dormiunt in vno latere / et deinde usque ad ver dormiunt in altero latere et dormiunt erecto capite / nisi quando in firmantur. et ruminant abos et masticant dormiendo sicut et vigilando. et si contingat eos errare non redeunt nisi a pastore reuocentur. (Dicit ad hoc ysa. in die.) quod arietes in iuuentute manentes / minoris sunt humiditatis et viscositatis / quam agni lactantes et hoc propter etatem eorum complexionem dominantem. et ideo ipsorum carnes sunt carnibus agnorum et ouium meliores. et meliorem sanguinem generantes / maxime si sint

castrati. quia eorum caliditas humiditate ac-  
cidentaliter temperata est. unde sunt boni saporis.  
sed quando sunt decrepiti in caloris sunt defectu  
si non sunt castrati ex etate. si vero sunt castrati  
et decrepiti/duplici carent causa caloris scilicet  
testiculorum et etatis. et ideo eorum corpora sunt  
frigida et sicca ad modum ligni et duriora et insipidiora.  
tamen respectu castrorum et boni et huiusmodi que in  
decrepita etate sunt pessima/corpora arietum que  
naturaliter calida sunt et humida ceteris decrepitis  
naturaliter frigidis et siccis simpliciter sunt meliora.  
huic usque ysa. in die. Item dicit anisto. et auicenna  
libro vi. q. arietes et capri sicut et cetera animalia/  
habent propriam vocem per quam se clamant et  
vacant feminas tempore coitus et amoris. porantes  
aquam salis/anticipant coitum et citius mouentur  
ad amorem. et quando arietes senes mouentur  
citius ad amorem et coitum quam iuuenes in  
tempore determinato/signum est bonitatis temporis  
in anno illo. et si in illo tempore excitentur  
iuuenes citius ad amorem/signum est pestis  
future super oves in anno illo. (vt dicit idem.

**A**gnus vt dicit Isidorus a greco  
vocabulo dicitur quasi pius/nam  
inter omnia terre animalia/maxime  
inuenitur innocens et mansuetus. nullum  
enim ledit dente/nec cornu nec ungue. et quicquid  
in eo reperitur totum vtile est/qz caro ad cibum/  
pellis ad varium usum/pilus ad idumentum/  
simus ad terre impinguationem/vulgula et cornu  
ad medicationem etc. vel vt dicit Isid. libro .xij.  
latini agnus ab agnoscendo putant dicitur. eo qd  
pre ceteris animalibus matrem suam noscat/  
adeo vt si in magno grege errauerit. statim  
balam vocem noscat parentis tempore autumnali.  
vernales autem sunt corpore maiores robustiores  
virtibus et pinguioribus/ quam sint autumnales  
vel hyemales. In aliquibus tamen regionibus/  
multi habent agnos preferunt venis. et dicunt  
hoc solus animal vtiliter nasci prima (vt dicit  
plinius libro .viiij. c. .xlvij.) et dicitur ibidem  
q. agni concepti flante vento aquilonari sunt  
meliores/ quam concepti flante vento australi.  
tunc enim mares generantur. talem enim colorem  
habent agni in lanificio seu in vellere/  
qualem habent parentes in lingue venis. nam si  
vene fuerint albe/ et agni erunt albi. et si nigre/  
nigri. et si varie varij (vt dicit idem) in  
suggendo poplices antenores flectunt. et vt  
mater ei plus lactis

tribuat/capite matris vbera premit. balam  
quent matrem. qua inuenta/cauda matrem  
blaudiendo/erecto capite mammas quent. et nisi  
caput prius erigat/nunquam suggit. pilum  
habet subtilem et crispum multipliciter in se  
reflexum. multum nocet agnis frigus/et maxi-  
me tempore fluuioso. de societate gregis  
gaudet/quando solitarius est dolet plurimum ac  
timet. ante gregem salit/et saliendo ludit.  
quando videt lupum timet vehementer/et  
subito fugam appetit. sed post pre timore  
stupidus/subito gradus figit. et fugere ulterius  
non audens/sibi non balam/sed potius  
simpliciter vultu parat perit. captus ab hoste/  
ligatus a canifice/nec cornu nec dente se  
defendit et siue spoliatur vellere siue cure  
sicut animal in nocuum obmutescit. siue enim  
ducatur ad pacem/siue deferatur ad victimam  
nec gemit/nec remurmurat/nec calcitrat  
sed obedit (vt dicit plinius.) agnos dimittere  
solitarios est periculosum. quia si  
superuenerit forte tonitruum de facili  
moriuntur. Nam agnus naturaliter debile  
habet caput. et ideo remedium est eos  
simul aggregare/vt ex coitione mutua  
animantur/et presentia plurium confortentur.

**A**gnus anniculus etate unius  
anni est completus. qui infra unius  
anni spacium / tanto est melior/  
quanto a lacte remotior est. nam a lacte  
eius humiditas complexionalis augmentatur/  
per separationem a lacte intenditur eius  
color et superflua humiditas temperatur.  
maxime si manserit adhuc non castratus.  
(vt dicitur apertissime in dicta.) agnus enim  
anniculus corpore integer. et carne mundus  
aptus est ad sacrificium et ad esum/  
etiam si fuerit vellere maculosus. non enim  
reprobat agnus a sacrificio macula  
velleris/nisi sit fedicas vel corruptio in  
carne interi/vel in cute. vt dicit gl.  
super exo .xij.) et super malachiam dicit  
hieronymus. et super leuiti. non impedit  
inquit sacrificium varietas maculose  
velleris/ si corpus fuerit integrum et non  
subfuerit scabies in superficie ipsius  
cutis. agnus igitur anniculus vt dicit  
plinius libro .viiij. c. .xlvij. deorum  
agnus fuerat aptus. et tam in usu  
vellerum quam in usu carum/ vsibus  
hominum est necessarius et ideo sicut  
propter sumptus hominum excoluntur  
et custodiuntur corpora bouum. sic oportet  
vt habeatur diligentia circa custodiam  
ouium et agnorum. (dicit etiam dias.)  
q. agnus si niger habet nigrum qui si  
cum aceto dissoluatur et cataplasmetur/  
nigras emendat maculas/fla-

uos corporis tollit/ignem sacrum curat. mi-  
tus cum cera ei oleo combusturas sanat.

**A**gna est arietis filia que minoris  
est corporis et maioris humidita-  
tis quam sit agnus ratione feminee co-  
plexionis (ut dicitur in die.) cuius ratione dum  
est lactans maioris est viscositatis propter humidita-  
tis superfluitatem. tunc ex etate/ quam ex complexionem/  
ei corporis dicitur rationem. et ideo quod ex eius carne  
generatur flegmaticum est et viscosum. ac dif-  
ficulter digeritur. et digestum a membris vix dis-  
soluitur ratione viscosi et glutinosi humoris  
qui inde generatur. a stomacho tamen facile  
descendit/ratione sue lubricitatis et humoris  
(ut dicitur ysa.) et eius carnes meliores sunt as-  
sate quam elix/ quia consumitur superflua earum  
humiditas vi caloris. maioris tamen simpli-  
citatis et timiditatis est agna quam agnus. quia  
minus habet caloris naturalis femina quam ma-  
sculus/ et ideo minus est animosa. propter quod  
etiam caret canibus/ quia essent ei superflua  
cum propter defectum audacie eis nesciret vti  
(ut dicitur auice.) Dicit etiam aristoteles libro. iij. a-  
gnus accidit egritudo/ quando nimis impin-  
guantur circa renes/ quia si operiantur sepe  
renes moriuntur. et multiplicatur sepe pro-  
pter bona pasqua. et ideo arcantur a pasuis/  
ne nimis impinguentur. quere infra de oue.

**A**per est porcus siluestris vel agre-  
stis quia seuisissimus est et immittis  
(ut dicitur Isidorus libro. xij. c. i.) et di-  
citur aper quasi a fera feritate quia secundum  
quantitatem sui corporis ferus est et crudelis  
vide et apud grecos aper frugos id est ferus  
vulgariter nuncupatur. dicitur autem a lati-  
nis verres eo quod grandes habet vires (sicut idem  
dicitur ibidem) secundum autem plinius et auicenna  
etiam aper est animal valde seuum. quia vix  
castratus se exhibet mansuetum. cum tamen  
cetera animalia ablatis testiculis amplius man-  
suescunt. Est itaque aper tante feritatis quod etiam  
mortem parvipendens contra viatoris ferrum  
occurrens intrepide se infigit ei. et etiam iam  
transfixus contra sibi resistentem vires recol-  
ligit/ ut culmis vindicet se de aduersario. etiam  
in mortis periculum contra hostis venabulum  
mira audacia se opponit culmos duos  
habet in ore aduncos et fortes et acutos. cum  
quibus omne sibi resistens secat crudeliter et  
dilaniat. culmus autem vititur pro gladio ad pu-  
gandum. In latere dextro habet os durissimum  
latum et spissum/ quod semper opponit venabulo pro-  
sequens. nam osse illo vti pro dapeo ad se prote-  
gendum. sentiens sibi imminere bellum acuedo cul-

mos circa arbores eos fricat. et si hebetatum  
acumen habeat/ confricando ad arborem ipsos  
probat. quos si senserit hebetatos/ organum  
querit/ et masticat. cuius virtute culmorum radi-  
ces mundificat et confortat (ut dicitur auicenna.)  
Plinius in libro. xvij. c. x. dicit quod vicia apri  
medetur vicia aurium si cum oleo rosaceo mi-  
sceatur. similiter et eius fel valet contra calca-  
lum (ut dicitur libro. xvij. c. lx. et est ei ita gra-  
uis sua vrina ut vbi egesta fuerit surgere non  
possit/ imo opponitur ut defunctis/ nam exi-  
ritur dum curuatur ex vrina. Item idem ad-  
coitum stimulat fel caprinum. (dicit etiam li-  
bro. v.) Porcus agrestis multum diligit radi-  
ces et culmis in adit terram et fodit et scindit  
radicem culmo et impinguatur/ quando quie-  
scit per septem dies et maxime quando parum  
potat. Et preliatur cum lupo quia ipsius odit  
naturaliter. Nam lupo insidiatur filiis suis  
et sepe rapit eos. (et ideo ut dicitur idem libro  
xiiij.) dedit natura apro culmos ad defenden-  
dum feminas et filios suos. quia femine sunt  
debiliores in se/ et peioris complexionis. Unde  
mares sunt audaciores et vires habent femi-  
nis fortiores. femina tamen seuit irata et fo-  
diendo ledit denabus mordendo et dilamando.  
Aper vero ledit culmis sursum ferendo/ et  
ideo parum potest ledere prostratum/ et iacen-  
tem. et femina parum ledit stantem. Et dum a-  
per irascitur et pugnat ore spumat. similiter dum  
luxuriatur cum vxore. Omnia supradicta re-  
citat plinius et addit ad iam dicta in libro. viij  
c. ij. vbi d. apros et alios porcos detatos na-  
sci enigidiup/ tradit. Inest autem manibus apris  
maxima asperitas/ et feritas animi/ quando  
sunt in amore. quia tunc pro vxoribus atro-  
citer pugnant/ unguis terram scalpunt/ scras  
erigunt/ culmos vibrant/ et quatunt. et horre-  
do gemitu/ furiam pectoris tunc ostendunt. pa-  
rum etiam tunc comedunt. discunt post fe-  
minas. et ideo attenuantur plurimum et macre-  
sunt. in horrendis et vmbrosis vallibus et ne-  
moribus mansiones querunt vbi custodiunt  
fetus suos. de radicibus et arborum fructibus  
viviunt. quoniam venatorum insultus vel lupo-  
rum imperio sentium/ suos filios precedunt. et cum eis non prolo-  
cuntur/ pro filiorum defensione periculo se exponunt. quoniam  
debet dimicare armis arborum idurant costas su-  
as et se involunt in luto et desiccant ad solem et iter  
pilos lutum pro glutinant et inuiscentur sic securus  
aduersario-um ictus sustineant in proflitu. (ans. li.  
vi.) femine apro-um post partum sunt aspe et crudeles  
et crudeli morfu filiorum suorum dilaniant inuasores.  
bucisque plinius. (Est autem caro apri)

(vt dicit ysa.) magis sicca & minus frigida q̄  
porcina domestica & hoc est p̄pter motus sui  
continuitatez & victus siccitatez / & aeris cui  
continue exponitur caliditatez ideo eius pin-  
guedo est durior / & caro delicatior ad edēdū.  
& p̄pter hoc verres domesticē vehementer agi-  
tantur / & eoz carnes verberantur anteq̄ occi-  
dātur / vt eozum carnes teneriores & sapidio-  
res ex motus violentia efficiantur. (De ap̄o  
etiam dicit dyas.) q̄ eius finus desiccatis &  
cum vino & aqua bibinis eicientibus sangui-  
nem singulare ē remedium lateris dolores cū  
aceto curat. fracta ossa consolidat / & cōfirmat.  
quare infra de porco.

**A**sinus a sedendo est dicitur qua-  
si a sedus quia homines super a-  
sinos sedebant antequam vsū  
equoz habere. (vt dicit Isido. libro .xij.)  
animal quippe est simplex & tardum. & ideo  
fuit & facili subiectum humanis viribus & p̄-  
stratum. & dicitur ab a quod ē sine & sinos q̄d  
est sensus quasi animal sine sensu. inde dicit  
asellus id est iuuenis asinus qui pulchrioris  
est forme ac dispositionis quando etate est te-  
nellus q̄ quando senex efficitur & antiquus.  
Nam tanto magis fit annosus quanto plus  
quondie h̄it deformis h̄spidus & villosus.  
Est autem animal melancolicum frigidū sal-  
cer & siccum. & ideo naturaliter ponderosū tar-  
dum atq; pigrum stolidum atq; obliuiosum /  
tamen odoriferum est / & patiens laboris. vi-  
li & modico vtens cibo. Inter tribulos enim  
& spinas accarduos carpūt abum suū & ideo  
dicit auice. lib. viij. similiter aristo. q̄ asinus  
minutis auibus inter spineta / & cardineta / ni-  
dificantibus est erosus. & ideo minuti passe-  
res pugnant contra eū / quia comedit spinas  
in quibus nidificant passerēs illi / & confricāt  
se ad spinas illas. Cū cadunt pulli eoz pas-  
serum siue oua. & quando asinus rudir ex ele-  
uatione capitis & forti flatu mouentur spine &  
ex horrendo sonitu seu rugitu terrentur auicu-  
le / & fugiunt de nido suo. & p̄pter ista saltant  
matres super ipsius faciem & impetunt eius  
oculos atq; percutiunt rostro suo. & si habet  
asinus vulnus in dorso vel in latere ex spina-  
rum punctura vel quacūq; alia de causa / pun-  
gūt eum cum rostro suo in vulnere vt recedat  
a loco sui nidi. & cum talis passerulus habe-  
at corpus minutissimū vix potest asinus se de-  
fendere contra eius impetum atq; morsum.  
(Dicit etiam aristo. sicut & auicēna) q̄ coruus  
valde odit asinuz & ideo coruus volat super

ipsum & temptat tangere oculos suos rostro  
suo / sed iuuat asinum profunditas oculorum  
& spissitudo corij supercaliorum quibus cōtra  
morsus auium clausis regit visum suum. & eti-  
am cooperatur proceritas aurium & mobilitas  
cum quibus tenet auriculas quando infestāt  
suum visum. Item aristo. libro viij. vsus pu-  
gnat cum asino & tauro quoniam comedit cru-  
das carnes. & hec est causa quare pugnat con-  
tra eos / quoniam eoz canibus appetit satia-  
ri. De asinis autē (dicit pli. libro .xxvij. c. vl-  
timo) vngule asini fumigate. partuz adiuuāt  
in tantū / vt etiam aborsus euocetur / nec ali-  
ter debet addi quia viuū partū necat / si diu  
& frequenter apponatur. eiusdem animalis fi-  
nus recens / sanguinis fluuium currere sedat  
eius iecur valet contra caducos morbos par-  
uulorum. Plinius libro .xxvij. c. x. lac asine  
est sicut sanguis & valet contra morsum sco-  
pionis. si quis autem lac asine misent in aure  
percutsum a scorpione / transire p̄tinus malū  
dicunt. a facie etiam suffumigationis pulmo-  
nis asini / fugiunt omnia venenata. Dicit eti-  
am in ero. c. ix. lac asinum valet cōtra gipsū  
contra cerusam vel argentum viuū. Item  
libro decimo. ossa asini contrita & decocta va-  
lent contra venenum si eozum decoctio bibat̄  
**I**tem vrina maris asini cū nardo capillos  
multiplicat & conseruat. De asinis autē dicit  
plinius libro viij. capitulo .xiiij. Asinus ē ani-  
mal magni frigoris impatiens. & ideo i frigi-  
dis regionibus vt in ponto non generatur.  
Item dicit aristo. cum asinus sit multe frigi-  
ditatis & siccitatis / multe tamen est luxurie / s̄  
non mouetur ad coitū anteq̄ sit triginta men-  
sum. non generat anteq̄ sint tres anni cōple-  
ti / aut duo & dimidiū. Unde dicit ibidē pli.  
partus asini a trigesimo mense est ociosissimū  
sed a trimatu legitimus. Idem dicit aristo. li-  
bro. v. Et subdit plinius. raro geminos pa-  
rit & quando femina est partura / lucem fugit  
& tenebras querit / ne ab homie videatur. par-  
tum suum amore diligit in tantum q̄ etiā per  
ignes ad fetum vadit. aquas trāsire / & pedes  
in eis figere multum horret. & quādo cogitur  
aquam vel riuū euadare in ipso mingit. nec  
transeunt asini voluntarie per pontes / vbi p̄  
planicies pontis possunt videre aquaz deflu-  
entem. debile enim habent cerebrum / & pati-  
untur de facili vertiginem. propter quod ti-  
met p̄ rimas pōtis cadere in aquā / quā p̄spi-  
ciūt sub pōte trāsire nec bibūt & facili nisi ad  
suetos fōtes / qui sūt i pecuarijs ad quos p̄t

## De animalibus

ire sicco pede. et quod mirum est dictum quā  
uis multas sitiant/ si mutantur aque eius vi  
porant nisi sint illis similes quas frequentat  
Item plinius libro. xviii. capitulo vi. si asi  
na comederit ordeum intinctus sanguine men  
struali/ tot annis nō concipiet quot grana co  
medit sic intincta. et ex asina et equa mulus gi  
gnitur. sed ad tales partus eliguntur eque/ que  
neque quadrennis sint minores neque decenni  
bus maiores nec commiscantur passim ad inui  
cem. Porum animalium duo sunt genera/ sci  
licet equus cum asina/ et asinus cum ipsa equa  
imo vnum genus altero se cohercet/ nisi in in  
fancia lacte hausto mutuo nutrantur. et pro  
pter hoc pastores mulos vel burdones ex di  
spansibus animalibus gigni cupientes dicunt  
tur vti illa arte. Nam iuvenes equarum pul  
los in tenebris subijciunt vberibus asinarū/  
et nutrant eos lacte asinno. et tales pulli equo  
rum adulti iam effecti/ ad asinarum commixti  
onem tempore cortus commouentur. similiter  
pulos asinarum in tenebris subijciunt mā  
tris equarum. et aselli tali lacte iument. no nu  
trunt/ equas inuadunt quādo adolefcunt. et ta  
li asini et equi commixtione generatur animal  
quoddam quod antiqui vocabant hynuluz  
nos autem dicimus eum burdum. gemitū ve  
ro ex asino et equa dicunt mulum. Aristo. au  
tem libro. xvi. dicit. Si asinus coeat cū equa  
impregnata/ eque corumpitur conceptus/ p  
pter frigus spermatis sui. sperma enim asino  
rum est frigidissimū naturaliter. et materia si  
militer. Materia enim eque est calida. et ideo  
quando miscetur calidum cum frigido fit tem  
peramentum/ tunc ex eis potest fieri conceptus  
et saluari fetus quando scilicet equi asinorum  
seminis commiscantur. similiter quando eque a  
sinis in artibus supponantur. sed filius aselli  
et eque/ scilicet mulus non cōuenit generatiōi  
Nam vtriusque parentis frigiditas scilicet natura  
lis/ et complexionalis in ipso dominatur/ et ideo  
ex mulis aliud nō generatur animal. vt dicit idē.  
Item ibidē dicit idē si asina cōcipit ab equo  
subsequens asini cortus cū eadē facit eā abor  
tū. cuius ratio est (vt dicit auice.) quod frigiditas  
seminis asini supuenientis/ corrupit et  
destruit temperantiam seminis equini prece  
dentis. et semen asine frigidum est ex comple  
xione. et ex sexu. Semen vero equi calidam tē  
perantiam facit. vnde quando superuenit su  
bito semen asini naturaliter siue complexionali  
ter frigidus cum frigiditate sexuali/ intensa fri  
giditate corripitur precedens temperantia. ex  
calido equi semine et frigido asine introducta

et ista est ratio quare omnis mula est sterilis (vt  
dicit auice.) quod intemperata est mula. in asino  
enim est excessus frigiditatis complexionis. et in  
matre scilicet in equa remissus est calor ratione  
sexus/ et ideo quāuis calor seminis matris. si  
eque temperet semē frigidum asini/ vt animal  
generet. in genito tamen remane: generantū  
predominans frigiditas/ que naturaliter dis  
sponit ad sterilitatem. Est autem quedā spe  
cies asini que dicitur indicus asinus habens  
in capite in medio frontis cornu vnum et non  
habet nisi vnam ungulam in quolibet pede.  
omne enim animal habens duo cornua ha  
bet in pedibus ungulam scissam. et ideo asi  
nus indicus non habet nisi vnum cornu. quia  
ungulam non findit (vt dicit aris. libro. ij.) in  
tamen omne animal findens ungulam habet  
cornua/ sed potius eōuerso. si habet cornua  
findit ungulas vt patet in tauro ceruo oue et  
huiusmodi. (vt ibidem dicit aristo.) Item di  
cit aristo. libro vij. asinus et mulus sicut et equus  
comedunt fructus et pascuntur herbis et ipse  
guantur ab aqua. et diligant plus aquā tur  
bidam quā clarā. vacca autem eōuerso plus  
diligat clarā quā turbidam. Item aristo. lib.  
eo. asini in maiori parte infirmantur vna in  
firmitate/ et dicitur milide/ et est hec infirmi  
tas prius in capite/ et currit a naribus flamma  
multum calidam. et si descenderit ad pulmo  
nem asinus morietur. et hoc animal sentit fri  
gus plus omni animali/ et propter hoc nō in  
uenitur in terra septentrionis. Sunt autem vt  
dicit idē spondilia dorso asini fortiora/ et ner  
uis fortioribus compaginata a parte posteri  
ori circa dumes. i. renes/ quā a parte anteriori.  
et ideo in ipso dorso potius circa renes quā cir  
ca humeros grauiora onera imponuntur. post  
equinoctium veniale mouetur ad libidinem/  
et post ruit horribiliter et tremibili sonitu femi  
nam excitat ad amorem. Mentum autem odo  
rem femine eius naribus deferentem/ attra  
hit. et eius attractu ad libidinis desiderium in  
ardescit. (vt dicit pli.) alias siquidem habet a  
asinus cōditiones miseras omnibus fere no  
tas. Nam supra vires laboribus exponit su  
ste ceditur/ stimulo pungitur chamoso et stru  
gitur eius. hincinde circumducitur. et eiusdem  
chami refrenaculo ab illis passus/ per que trā  
sit sepius cohercet. per labores cassos in fine mo  
ritur/ neque pcedetis laboris seruitio/ per mor  
tē saltē ei curis dimittit/ sed auferit. et cadauer  
sine sepultura aeri expōit nisi iquantū in canū  
et luporum ventibus deuoracionis grā aliquo  
tens sepelitur.

**A**nguis vocat oē serpētīnū genus  
 qđ torq̄ri ⁊ plicari pōt ex hoc an-  
 guis ē dictus / eo qđ ē āgulofus / ⁊  
 nūq̄ icedit rect⁹. (vt dicit Jfi. li. xij.) ⁊ dī an-  
 guis serpens / eo qđ occultis accessibus serpit  
 Non. n. apertis passib⁹ s̄ minutissimis squa-  
 maz nifibus siue p̄tractibus repit. ⁊ p̄putat  
 inter reptilia / eo qđ pectore ⁊ ventre repit. (vt  
 dicit Jfi. lib. xij.) dī ē coluber eo qđ colat um-  
 bras / vel qđ in lubricos s̄ct⁹ ⁊ flexuosos labiē  
 nā āguis labiē dū tenet. Sūt autē anguiū siue  
 serpentiūz multa genera. ⁊ quot sunt genera /  
 tot sunt venena. tot p̄niciēs / quot species. tot  
 dolores / quot colores. vt dicit Jfido. li. xij. ⁊  
 sicut differunt angues in quantitate. ita in ve-  
 neni malignitate. Sunt. n. quidā angues ma-  
 ximi. (vt dicit pli. li. viij. c. xvi. scribit iquit ma-  
 gestenes in india serpentes in tanta magnitu-  
 dine adolefcere / vt integros deuorent cernos  
 atqz thauros. Unde ⁊ in punico bello iuxta  
 flumē belgīstā / a regio impatore ē interfecus  
 cū balistis ⁊ tormentis vnus anguis centū ⁊  
 viginti pedes hīs lōgitudinis cuius pellis ⁊  
 maxille fuerunt suspense ad quoddā templūz  
 rome ⁊ durauerūt vsqz ad bellū minatiū sub  
 claudio cesare. In italia fuit quidā serpens in-  
 terfect⁹ / i cui⁹ aluo qđā puer īteger ē rept⁹ ⁊ ta-  
 les serpētes maxie ledūt / nūc morsu / nūc fla-  
 tu / nūc caude ictu / nūc tortura nūc punctu-  
 ra / nūc aspectu. Sūt ⁊ alij serpētes ita exigui  
 quidē corpore. sed maxime sunt nocendi pote-  
 state. dispas. n. serpens ē (vt dicit Jfido.) tā-  
 te exiguitatis vt cū calcatur vix videtur. cuius  
 venenūz extinguit / anteq̄ sentiat / nec inducit  
 tristitiam morturo. vnde poeta. Signifex iu-  
 uenē tirreni sanguinis albū. Torta caput re-  
 tro dispas calcata momordit vix dolor aut sē-  
 sus dēns fuit ⁊c. ita dicit Jfi. similiter tyllus  
 minutus est serpentulus. ⁊ tū (vt dicit Ari. li.  
 vij.) contra eius morsuz vix inuenit remediū  
 ⁊ differūt ⁊ in figura / ⁊ in dispositōe. Nam a-  
 lij hūt duo capita vt amphibena. s̄ quo Jfi.  
 li. xij. dicit. amphibena ē dicta eo qđ duo habe-  
 at capita vnū in p̄ncipio ⁊ aliud in cau da cur-  
 rens ex vtroqz capite tractu corporis circularo  
 bec sola serpētū frigori se cōmittit / prima of-  
 p̄cedens. Idē ē dicit pli. li. viij. c. xiiij. b3 in-  
 quit amphibena duplex caput / tanq̄ parz essz  
 vno ore venenū fundi. Sunt aliqui serpētes  
 hūtes / plura capita qđ sūt duplicata vel tripli-  
 cata vel quadruplicata. sicut idē dicit Jfido.  
 idra est serpens multoz capitū / qualis appa-  
 ruit in p̄nīca archadie in palude. ⁊ dī qđ vno

cesso tria capita exerescebant / sed hoc fabulo-  
 sum est. Nam constat idrā locum euomentez  
 aquas vastantes / vicinam ciuitatem in qua  
 vno meatu clauso multi erumpebant / qđ ber-  
 cules vidēs loca ipsa excussit ⁊ sic claudit me-  
 atus aque / ⁊ pro tanto dicitur hercules idraz  
 serpentem quinqz capitū occidisse. (vt dicit  
 Jfido. libro xij.) Itēz differunt serpentes in  
 coloris varietate. nam quidam sunt nigri / ⁊ qđ  
 dā sunt ruffi / vt tyrus / ⁊ illi sūt pessimi / ⁊ qui-  
 dā sunt maculosi / sicut scitalis serpens. (qui  
 vt dicit Jfi.) tāta p̄fulget tergi varietate / vt  
 notarum gratia in sui admirationem inducat  
 intuentes / ⁊ quia reprādo est pigrior ⁊ quos  
 assequi non valet miraculo sui stupētes capit  
 ⁊ quanto magis est discolor / tanto est detem-  
 or / quia eius venenum acutissimū ⁊ calidissi-  
 mū esse dicitur. Nam ille idē anguis tanta est  
 feruoris vt etiam hyemis tempore exiit ei⁹  
 de corpore deposite / sint feruentes. Unde lu-  
 ca. Et scitalis sperfis etiaz nunciosa prunis  
 exuras posituras suas. / vt dicit Jfido.) ⁊c. si-  
 militer ophites est serpens maculis depictus  
 qui tot habet nocendi modos quot habet co-  
 lores varios ⁊ distinctos. (vnde luca.) qđ pu-  
 rus maculis cebanus ophites concolor exi-  
 stis ⁊c. Itēz differunt in loci ⁊ situs diuersi-  
 tate. nam quidam latitant in cauēnis terre ⁊  
 lingunt puluerem / ⁊ suggunt terre humorosi-  
 tatem. (vt dicit pli.) alij sunt aquatiles / quia  
 in aquis ⁊ aquarū ripis cōmorantur vt eu-  
 dris serpens aquatilis. a quo percussū obur-  
 gescunt ⁊ in ydroposim cadunt quam multi  
 bouam vocant quia fimo bouis remedetur.  
 (vt dicit Jfido. libro xij.) similiter est rinatrix  
 serpens dicitur veneno aquas inficiēs omnē  
 enim fontem in quo fuerit veneno inficit. (vt  
 dicit ful. rinatrix aqua ⁊c. ⁊ Jfidorus lib. xij.)  
 Alij morantur ī siluis ⁊ specubus vmbrosis /  
 quozum venationes sunt vt volucres ⁊ besti-  
 ole minores quazum suggunt humiditatem.  
 (vt dicit aristo. libro. xiiij.) ⁊ tales serpentes in-  
 sidiantur dormientibus. ⁊ si aliquozum bo-  
 minum vel aliozū animalium orificia inue-  
 nerint aperta illa subintrant diligentes ealo-  
 rem quem inueniunt ibi pariter ⁊ humorem.  
 sed contra tales angues pugnat saura bestia /  
 scilicet modica idest lacertula. Nam sentiens  
 saura serpentis presentiam saltat super faciez  
 dormientis scalpens pedibus vt cum exatet  
 ⁊ premuniat contra anguem vt dicit auice. ⁊  
 ē saura. (vt dicit Jfi. lib. xij.) lacert⁹ qđ qđ se-  
 nescat eius oculi excecantur. ⁊ tūc imat foramē

panctis aperiens oculos contra orientem et or-  
 to sole incendit et illuminatur. Dicunt autem  
 quidam anguim species habitare in igne. ut  
 patet in salamandra. que nominatur ab *Ist.*  
 et *pli.* inter venenosa. Salamandra enim ut  
 dicit *Ist.* li. xij. est nominata eo quod valens sit  
 et potens contra incendia. cuius inter veneno-  
 sa omnia vis maxima est. *Letera.* n. venenosa  
 singulos ferunt hec plurimos simul iterum.  
 nam si arbori insiderit omnia poma inficit et  
 eos qui ederint perimit et occidit. si etiam in  
 puteo cadat potantes inficit vis veneni. *Ista*  
 quidem contra incendia repugnans sola in  
 animalia extinguit ignes. vivit etiam medijs  
 flammis sine consumptione pariter et dolore  
 nec adustionem ab igne recipit. sed ipsum incen-  
 dium mingat vel extinguit (ut dicit ibidem *Ist.*  
*do.*) Item per omnia dicit *Plinius.* li. x. c. xij.  
 vij. Salamandra inquit est similis lacerte in  
 figura. nunquam apparet nisi quando multum  
 pluit. in serenitate deficit. huic est tantus frigi-  
 ditatis rigor ut ignem extinguat sicut glacies  
 lacream de ore sanient euomit. ex cuius cota  
 cui corpus hominis pilos perdit. et quod inde  
 contractum est in colorem vergit turpissimum.  
 Item differunt in incessus qualitate. nam qui-  
 dam serpunt flexuose semper siue tortuose. et  
 quidam semper recte. (sicut dicit *Ist.* li. xij.)  
*Lentus* inquit est serpens inflexuosus qui sp-  
 efficit rectam iter. (sicut dicit *luca.*) Est semp-  
 recto lapsurus limite centis. Similiter alijs  
 incedit curvus super pectus et aliquis incedit  
 a pectore sursum rectus. sicut quidam serpents  
 aquaticus et terrenus nomine chelidros qui per  
 locum per quem labit expirat virus et fuma-  
 te facit. sicut dicit *lucanus.* tactus a fumante  
 chelidri hic semper ambulat directus et erectus  
 capite. nam si se torserit dum currenit. statim ce-  
 pat. ut dicit *Ist.* li. xij. Et differunt in velocita-  
 te et in tarditate. nam quidam sunt valde tarde  
 motis ut scalis. de quo supra dictum est. Et  
 quidam sunt ita velocis incessus et levi motu  
 quod volare videntur. ut serpens qui dicitur iac-  
 culus volat ut iaculum. exilit. n. in arboribus  
 et dum aliquod animal obuium fuerit iactat  
 se super eum perimit eum. vnde et iaculi sunt  
 dicit. ut dicit *Ist.* Similiter in arabia sunt  
 serpentes cum alijs qui a multis syrene vocan-  
 tur qui plus currunt quam equi. et ideo volare di-  
 cuntur. quorum tantum est virus ut morsu an-  
 te mors sequatur quam dolor. ut dicit idem. *Ite*  
 differunt in maligna sagacitate ut patet in ce-  
 raste serpente cornuto qui se abscondit sub ha-  
 rena et ostendit cornua sua. ut ex eorum ostent

tatione alliciat velut ad escam bestias siue a-  
 ues. cornua enim habet ad modum arietis /  
 que nuda super arenam et directa dimittit. ad  
 que dum volucrum vel animal accesserit non ipsum  
 arietem. sed virulentum anguem per experien-  
 tiam comprobabit. Similiter bouas anguis.  
 ut dicit *Ist.* immenso mole in italia perse-  
 quitur greges armentorum. ut bubalos et cal-  
 lide vberibus irriguis lacte. se innecat et sug-  
 gens interimit. atque inde a boue deppratio-  
 ne nomen accepit bouas. ut dicit *Ist.* *Adul-*  
*ta* sunt alia nomina serpentum et genera. ut  
 aspides vipere et dracones. de quibus postea  
 dicetur. Sed ut dicit *Ist.* li. xij. tantus est  
 numerus morsum. quantum est nominum.  
 Generaliter omnes angues pro maiori parte  
 frigide sunt nature nec de facili percuciant nisi  
 si cum caleant. nam quando sunt frigidi. nul-  
 lum tangunt. et ideo eorum venena plus no-  
 cent de die quam de nocte. torpent enim nocte al-  
 gore et quia frigidi sunt nocturno rore. in hye-  
 me in nodos se conuoluunt et torpent. in esta-  
 te se dissoluunt et in malicia multum vigent.  
 vnde est quod quicumque veneno serpentis percu-  
 titur. primo obstupescit et postea ubi in eo ca-  
 lefactum virus exarsit statim interficit et extin-  
 guit. **E**t ideo dicitur est venenatum. quia per  
 venas vadit cuius pestis diffusa per corpus  
 animam exigit de corpore et expellit. nec potest  
 ledere nisi quando sanguinem tangit. (vnde  
*lu.*) notia serpentum est a mixto sanguine per-  
 stis (ut dicit *Ist.*) et subdit omne venenum fri-  
 gidum est. et ideo anima est que est ignea fugit  
 venenum frigidum. Inter domus autem nature  
 que hominibus et brutis sunt communiavi-  
 uacitate quadam sensus anguis precellit. nam  
 legitur in gente. serpens erat callidior omnibus  
 animantibus terre. (dicit autem *plinius.*) ut  
 idem recitat *Ist.* quod caput si cum duobus  
 digitis euaserit nihilominus vivit. vnde et tu-  
 tum corpus obijcit ferenti per capite defensan-  
 do. Item idem *Ist.* anguis vniuersis be-  
 bes est visus et raro ex diuerso continentur. (nec  
 mirum) cum oculos non in fronte habeat  
 sed in temporibus adeo ut citius audiant quam  
 aspiciant. Item ibidem. nullum animal cum  
 tanta sceleritate linguam agit sicut anguis  
**I**ta enim cito mouet eam. ut triplicem vi-  
 deatur habere linguam cum tamen non ha-  
 beat nisi vnam. Item idem. serpentum hu-  
 mida sunt corpora adeo ut vbicumque ierint / vias  
 quodam viscoso et lioso humore inficiant et designet  
 nam vestigia serpentum talia sunt. ut cum pe-  
 dibus carere videantur. costis tamen et squa-

manum repant nifibus quas a summo guttu-  
ris vsq; ad ynum aluuz dispositas parli mo-  
do habent. nam squamis quasi vnguibus re-  
pant/costis quasi cruribus inuuntur. vnde v-  
bicunq; leditur in corpe ab aluo vsq; ad ca-  
put/debillior redditur ad suuz cursum/ & mo-  
tus circuitum pagendū. quia vbiq; ille ic-  
tū incidit spinam soluit. per costas vero quasi  
per pedes/motus corpis agebatur. (vt dicit  
idem *Isid.* ibidem.) Item ibidem diu serpen-  
tes viuunt etiam sine cibo. (vt. d. aristo.) et tā-  
te efficiuntur longitudinis diez vt deposita  
veteri tunica senectam deponere et in iuuentu-  
tem redire p̄hibeantur. vnde et serpentum tu-  
nice nuncupantur exuue/ eo q̄ quando sene-  
scunt eas exuunt / quibus exuti in pristinam  
redeunt iuuentutem. et ideo/ eoz pellicule sic  
exute/ dicuntur exuue et induue/ eo q̄ exuūt  
et loco ipsaz alie iterū induuntur (vt dicit *Isi-  
li.* xij.) *Isid.* autē reuocationis ipsi ang-  
uis satis videtur mirabilis. (nā vt dicit *phi-  
siologus.* anguis se sentiens morbo vel se-  
nio aggrauatum pluribus diebus abstinet a  
cibo/ et ieiunat/ vt sic pellis eius a carne faci-  
lius relaretur. Deinde gustata herba quadam  
amara. vi erbe puocatur ad vomitum et sic  
uomit hūmorem virulentū qui fuit causa sue  
infirmittatis/ et defecus. tandem ut cutem ni-  
gidaz temper & mollificet in aqua se balneat  
et sic angustam rimaz petre alicuius seu cauer-  
nam querens/ per rime angustiam intrat. & cū  
quadam violentia transiens/ ab exuua peni-  
tus se decorticat/ ac denudat/ et tandem soli  
expositus se desiccatur in carnis superficie nouā  
cutem recuperat. sumptis vinibus videt dari  
incedit & repit fortius/ ac comedit audius/ q̄  
ante depositionem exuue faciebat. istaz reuo-  
cationis formam exprimit *plinius* set etiam a-  
uicē. qui dicit cū aristo. q̄ totus serpens de-  
deponit senectutem id est senectam pellē. pri-  
mo vsq; ad oculos deinde vsq; ad collum/ &  
sic paulatim se expoliatur totaliter infra ynum  
diez. (vt dicit *li.* xij.) Item *Isi.* li. xij. c. iij. *pi-  
tag.* inquit assererat de medulla hominis mor-  
tui/ que est in spina doxi/ angue p̄creari/ qd̄  
& *Qui.* tangit dicens. sunt qui cum clauso pu-  
trefacta spina sepulchro. mutari credant hūa-  
nas angue medullas &c. quod si creditur me-  
rito euenit. vt sicut per serpentem mors homi-  
ni accidit/ ita & per hominis mortem mori-  
tus serpens p̄creatur. vt dicit *Isidorus.* Item  
dicit *Plinius* libro. x. c. xlvj. Anguem inquit  
ex medulla spine hominis gigni accipimus.  
multa enim occulta & ceca origine pueniunt

etiam in quadrupeduz generatione &c.  
Item dicit *Isidorus* ibidem. fertur autem q̄  
serpens timeat hominem denudatum/ nec eū  
audet contingere quamuis insiliat in vestimē.  
Item secundum *Plinium.* Ieiuni homi-  
nis sputum serpentibus est venenum. q̄ si in-  
de gustauerit moriuntur. Sunt & alie pro-  
prietates anguis/ mirabiles & insignes / que  
ab alijs auctoribus assignantur specialiter a  
*Dys.* an. & *Auicē.* & aliquas ex eis hic interfe-  
rere vtile iudicauit. Dicit itaq; *Dys.* q̄ hyema-  
li tempore latitant serpentes in tenebris & ca-  
uemis. vbi ex diuturna obscuritate loca eoz  
visus habitetur. Vernali igitur tempore quā-  
do incipiunt exire de cauernis sentiunt caligi-  
nem/ sed p̄ remedio querunt herbam feniculi  
vel radicem cuius pastu confractam exaciunt  
cecitatem. nec fraudatur a remedio restitudo vi-  
seribus pasta anguis vel toruica. cum enim  
aduertet venenum serpente/ quent organū cu-  
ius gustu/ contra virus anguis inuenit medi-  
cinam. (Idem dicit *plinius.*) *Auicē.* vero de  
serpente ait sic. li. ij. serpens vero quando ē vo-  
rax panum bibit/ odit odorem rure. & ideo fu-  
git mustelam/ quando sentit eam rura fore pa-  
stam. & quando olfactu rura non potest fuge-  
re. comedit autē serpens libenter carnē & sug-  
git eius humiditatem sicut aranea suggit mu-  
scas. & transglutit oua auium/ & pullos viuos  
& quando transglutit ea/ reducat ad postero-  
ra sua. & expellit ipsa & nō p̄mittit vt in ventre  
morentur. Item dicit *Aristo.* li. ij. interiora  
& intestina serpentum/ sunt similia intestinis  
animalium ouatium quadrupedum nō tamē  
habent testiculos sed habent vias/ sicut sunt  
vie piscium & matrices habent longas / & di-  
uisas. & sunt eius interiora longa secundū lon-  
gitudinem corporis sui & lingue serpentū/ sūt  
nigre lōge/ subtiles & in duo scisse & ante acu-  
te & p̄pter hoc multum exuunt/ & sunt faciles  
ad mouendū. & venter serpentis longus & stri-  
ctus & similis intestino amplo & illud intesti-  
num assimilatur intestino canis. & habz post  
ventrem/ parū intestinum pueniens vsq; ad  
exitum superfuitatis. & habet corporium p̄-  
pe collum/ simile rent in aspectu & post cor est  
pulmo in quo sūt p̄tes neruose/ subtiles & vo-  
lute/ dependentes a corde. & post pulmonem  
est epar longum/ & extensum/ & super illud fel  
sicut in piscibus/ in maioribus. Sed in mino-  
ribus fel sup intestina/ & splen in serpentibus  
paruus est & rotundus. dentes autē serpentū  
sūt acuti recurui aliq̄tulū & p̄iuncti. diuersi in  
secundū superficiem & h̄nt serpētes costas. p̄t

## De animalibus

secundum numerum dierum mensis et dicitur quod accidit serpentibus / idem quod accidit pulchris hirundinum. ut si aliquis perforauerit eis oculos et eruent eos / ut visus etiam reuertetur et caude serpentum sicut et lacertorum crescit. postquam sunt amputate. **I**tem omnes serpentes ouant primo interius. et deinde non simul / Sed paulatim eijciunt oua / ex quibus generantur animalia exterius excepto tyro scilicet vipera. Tyrus. n. est serpens ut dicitur Aristoteli. li. iij. et generat animalia interius sed primo ouat interius et ex illis ouis animalia interius generantur. et ideo dicitur ibidem quod matris aliorum serpentium est longa secundum extensionem corporis et incipit matris eorum a parte inferiori. et procedit superius ex utraque parte spume. et diuiditur in duas partes quasi parietem habens inter illas. et ideo sunt oua secundum acies in matrice. et non ouat serpens omnia simul sed successiue. Item aristoteli. li. v. serpentes tempore coitus ita ad inuicem se applicant et inuoluunt. ut patet aspicienti quod sunt unum corpus habentes duo capita. **I**tem Aristoteli. li. vij. serpens et maxime tyrus quando transglutit auem vel aliquid primo se erigit et postea se restringit / quousque perueniat interius quod transglutit. et hoc est / quia eius stomachus pius est / et subtilis. et possunt serpentes diu viuere sine cibo. quod patet ex serpentibus quos custodiunt venditores. Item aristoteli. li. viij. gallus. i. mustela pugnat contra serpentes et manit se pastu rure / et maxime pugnat contra comedentes mures quia ipsa venatur mures / et manducat eas. Item li. vij. dicit quod serpentes multum diligunt vinum. et ideo venatur cum eo similiter diligunt lac valde et secunt odorem eius. et ideo si alicuius ventrem serpens subintravit / extrahi potest lactis odore. ut dicit idem. et etiam dyas. **I**tem Aristoteli. li. xij. serpentes habent proprium quod possunt mouere caput ad posterius corpore quiescente. causa huius est quod amille spondilium serpentum causantur ex cartilagine. Et propter hoc sunt bone flexionis et fuit hoc necessarium aspiciendum retro ut possit vertere caput ad aspiciendum corpus suum longum atque strictum. aliter enim non possent regere corpus suum. nisi inuarentur elevatione capitis ad toti corpori precauendum. **I**tem idem in eodem serpentes natant in aqua per corporis inflexionem. sicut repunt in terra. Non enim dedit natura serpentibus pedes ad gradiendum / nec pinnulas ad natandum. cuius causa est nimia corporis longitudo. quoniam si habuissent mul-

tos pedes / essent mali motus quoniam essent super pinnulas. Similiter si plures alas valde propinquas essent grauis motus. et si ab inuicem essent remote / ad sustentandum residuum corpus longum et flexibile non sufficerent / et ideo quod faciunt pisces habentes pinnulas ipsarum contractione / et aues alarum extensione / hoc faciunt serpentes sola corporis flexione. Sunt et quedam pisces similes serpentibus in longitudine qui eadem de causa pinnulas paucas vel nullas. et natant corporis sola inflexione sicut murene / et pisces fastaros / qui a nobis dicuntur congniti qui maxime sunt anguille / et huiusmodi. et ideo quia tales pisces similes sunt serpentibus in creatione vel in extensione / habent tantummodo duas alas vel pinnulas ante / et videntur corporis flexibilitate loco pinnularum et alarum et propter hoc repunt in terra et viuunt longo tempore / etiam sine aqua sicut viuunt serpentes sine cibo. **I**tem idem in eodem. serpentes autem habent vias et intestina / a quibus aliquando erit superfluitas sicut habent alia animalia generantia. sed non habent viam eritus vrine quia vesica carent. **I**tem idem in eodem serpentes inuoluunt ad inuicem / quando conueniunt ad coitum et amorem. quia non habent virgam nec testiculos. carent virga / quia non habent crura et carent testiculis / quia propter longitudinem corporis. et si haberent eos infrigidaretur spermata / propter tardationem sui exitus. et sic esset minus conueniens generationi. Item idem. xvij. non accidit generationi serpentium errore et monstruositas nisi raro / et hoc accidit poter figuram matris que longa est / recta atque stricta. unde et oua serpentum sunt disposita secundum aciem / propter longitudinem in matrice. Has et multas alias proprietates anguium et naturas recitat aristoteli. quas prosequi pro ordine esset longum. sed hec dicta nunc in generali sufficiant. De vsualibus eius proprietatibus et omnibus fere notis infra dicitur in littera. S.

**A**spis est anguis morsu et veneno perniciosissimus / ab aspigendo aspis dicitur / eo quod morsibus venena mittat. mortifera atque spargat. vos. n. greci venenum dicunt. ut dicitur Isido. li. xij. c. iij. (et sequitur) aspidis diuerse sunt species / et habent diuersos effectus. ad nocendum. scilicet dipsas qui fistula dicitur lacte. quia quem momorderit / siti interimit et occidit. ypnialis est genus aspidis quod sono necat. hinc deopatra sibi apposuit / et ita morte quam sono resoluta est.

Item emorosis est aspis sic dicitur eo quod illius  
 suggit sanguinem. quem percutit. et qui ab  
 eo morsus est. dissolutis venis fluxu sangui-  
 nis vitam finit. græce. n. emach sanguis dicitur.  
**A** Item prister est aspis horribilis. sem-  
 per ore patente et virus euaporante incedens  
 (De quo luca.) Quæ diffundens avidus  
 fumantia prister. quicumque ab eo percussus fu-  
 erit descenditur. et enormi infectione coporis  
 enecatur. (sicut dicit idem ibidem.) Item se-  
 pis est mortiferus aspis et tabificus. qui cum  
 hominem momorderit. statim eum destruit et  
 consumit. ita ut in ore serpentis totaliter lique-  
 fiat. nec solum corpus. sed etiam ossa veneno  
 dissipat et enervat. (cuius poeta sic meminit)  
 Ossaque dissoluens cum corpore tabificus seps  
 ut dicit idem. Sunt et alia genera aspidis in  
 terra quorum tanta est virulentia. quod etiam median-  
 te lancea veneno sitate sua perimunt se tangen-  
 tem. ut dicit Avicenna. in libro de venis. Que-  
 re supra li. v. c. de venis. De aspide in genere  
 (dicit Isidorus li. xij.) Iffertur inquit quod aspis  
 cum ceperit pati incantationem. qui eam qui-  
 busdam carminibus proprijs euocat. ut eam  
 de caverna producat. illa cum exire noluerit.  
 vnam aurem in terra premit. alteram vero cauda  
 obturat et operit. et sic illas voces magicas non  
 audiens. ad incantationem non exit. et eius impe-  
 rio non obedit. (hucusque Isid.) De aspide ve-  
 ro dicit Plinius. li. viij. c. xxij. paucis membra ab  
 aspide intumescunt. et vix sine partium ampu-  
 tatione. que sunt contracte aliquo remedio co-  
 ualescunt. Unus autem huic pestifero angui-  
 est sensus vel affectus. Nam comparas suos  
 coniugali affectu diligunt nec sine comparis  
 consortio bene viuunt. Unde altera in re. facta  
 credibilis vltionis cura. alter persequitur in-  
 fectorem. et illum solum in quantolibet popu-  
 li agmine agnoscens infestat. et uincitur inter-  
 rumpere omnes difficultates. permeat spacia.  
 nec nisi veloci fuga. aut amibus et fluuijs co-  
 hercet. quin vltio de morte comparis assu-  
 mat. Sed contra eius maliciam. dedit na-  
 tura remedium et medelam hebetem. dedit ei  
 natura visum. nam oculos habet in temporibus.  
 et non in fronte et ideo non potest videre  
 aduersarium directe. sed oblique. propter quod  
 non potest bene persequi hostem visu. sed po-  
 tius auditu persequitur vel olfactu. nam in  
 his duobus sensibus magis viget. ut dicit idem  
 Item dicit Martianus quod aspis non nocet  
 indigenis agris et maribus. nam et illi puer-  
 ros suos quos de se natos habent suspectos  
 aspidi obijciunt. et si de eorum semine fuerint

nihil ipsis penitus nocet aspis. sed statim mori-  
 riuntur ab aspide si fuerint adulterini. et hoc ex-  
 presse dicit Plinius. li. viij. c. vltimo. (Dicit. n. sic)  
 quedam animalia indigenis sunt innoxia que  
 interficiunt alienos. sicut serpentes parant.  
 mirifice illis qui terra oriuntur. sicut angues  
 circa enfraten. terre incolas non ledunt nec i-  
 festant dormientes. alios autem cuiuscumque ge-  
 nis homines cruciant. eos auides occidentes  
 dicit etiam ibidem Plinius. quod aristoteles tradit. in quo-  
 dam monte a scorpiombus hospites non le-  
 di. sed indigenas interimere et occidere.  
 Ranea ut dicit Isidorus. libro. xij. ver-  
 mis est. ab aenis nutrimento nomina-  
 ta. que eriguo tempe longa fila de-  
 ducit. et tele semper intenta nunquam de-  
 finit a labore. perpetuumque sustinet in suo ope-  
 re dispendium. quia sepe ad modicum statim  
 venti aut pluuie stillicidij rumpitur tela sua  
 et tunc totaliter perdit laborem suum (dicit etiam  
 auicenna. quod aranea est modicum animal reptile  
 multipes. vi. vel. viij. habens pedes quos se-  
 habet pares et nunquam impares. et hoc fuit neces-  
 se. ut semper esset eius incessus equus. sicut et  
 ipsum onus. et hoc est generale in habentibus  
 duos vel plures pedes. habet autem aliquos  
 pedes longiores. et quosdam breuiore. pro-  
 pter diuersas quas facit operationes. nam cum  
 quibusdam fila subleuat. et in longum protrahit.  
 cum quibusdam vero pariter fila necesse est  
 quibusdam per fila reptit. et quando vult in te-  
 le superficie immobiliter se suspendit. maxime au-  
 tem inter animalia anulosi corporis viget in ara-  
 nea sensus tactus. vnde residens in tele sue me-  
 dio. subito sentit muscam telaz in parte remo-  
 tissima contingente quam subito inuadit. Et  
 aggreditur tanquam hostem. de qua si triumphare  
 poterit. eam ne euadat inter tele sua fila mul-  
 tipliciter circūuoluit. et primo capiti insidens.  
 eius humiditatem suggit. et de tali muscarum  
 venatione viuunt. nam eius gustabile est talis  
 humor sicut gustabile apis est mel. (sicut dicit  
 idem et aristoteles.) Item in genere araneorum  
 est diuersitas sexus (ut dicit aristoteles. li. v.) et est  
 femina maioris corporis quam masculus. et pedes  
 habet longiores. et flexibiliores. et abiliores.  
 ad motum et etiam ad texturam. et sicut dicit  
 idem libro quinto tempore coitus et amoris fe-  
 mina attrahit marem. per fila tele. et post ma-  
 sculæ feminæ. et non cessabit attractio donec co-  
 iungantur. et masculus ponit super ventrem fe-  
 mæ. et iste modus est eis necessarius. propter ventris  
 rotunditatem. et ista coniunctio maxime est in  
 fine veris et in principio estatis. et aliquando in fine

## De animalibus

autūni et in principio hyemis et tunc maxime sunt nocue. et eam pūcture amplius venenose. Item aristo. li. viij. genera araneaz sunt multa. Nam quedam sunt parua et diuersi coloris et sunt acuta et velocis motus. Alia sunt maiorā et colore nigra et earum cura autenora sunt longiora et sunt tardioris motus nisi quā coitu stimulantur. et migre solent texere iuxta terram inter foramina et manent in textura sua: quousque alia icaderit bestiola sicut musca quā deprehendunt. et si habent famem suggūt eius humiditatem. et tunc deferūt ad locum suum vbi deponunt et reseruant eū donec iterum esuriam pariant. et quando torā hausit humiditatem deicit residuum et reuertit ad venandū et non venatur quousque reparat quod ruptum est de textura. et si quis ruperit texturem incipiet ipsam reparare circa occasum solis. vel circa eius ortum. et maxime tunc laborat. quia tunc plures bestiole incidunt in texturem. et femina parit et venatur. et masculus iuuat eam. abscōdit autem se in texture vel sub tela ne a bestiolis videatur. et maxime quando est magna. quia propter eius magnitudinem non de facili opent. facit etiam semina oua. primo ex quibus modice aranee post formant. et statim quando pariantur. ponit eas in texture. et statim se mouent et disponunt ad texendum. ac si in vitro materno sunt instructe ad venandum. vnde statim aptant retia conuenientia p̄de sue. Et est species quedam araneorum. que venatur lacertum paruum. et incipit texere super ipsam quousque liget eius orificium ligatione forni. et tunc saltat super eum et pungit quousque moriatur. Item in eodem etiam dicit idem. quod sepe inueniuntur quedam aranee in aluearibus apum. et ille corrumpunt mel et suggūt liquorem. et sic circa fauos faciunt textures. et corrumpunt eos. idem dicit Auicenna. Et plinius de generatione araneorum. li. ij. c. xxv. sic dicit. Araneorum natura p̄cipua admiratione est digna cuius plura sunt genera. inter que est quedam que dicitur spalangio. cuius corpus est exiguum. variū acuminatum. velox ad saltum. nociū habens morsum. Alia est species maioris corporis et nigri coloris et curis longioris caueruas sibi texens in angulis iuxta terram. Tertia est species que enudita compositione conspicuas texunt telas. Admirandum est tamē qualiter tanto opere sufficiat materia langeta. que de aranee vitro ad tante tele texture paulatim (vt creditur) extrahit. et tū eius vitrus vix tali materia vacuus inuenit. nec videt eē vix. quod dicit democritus. quod tanta esset ven-

tris araneas corruptela. vt ex eius egestionē tanta ferilitas lanifera generetur. vñ et democritum reprobatur (aristo. li. viij) quod dicit eū in hoc veritatem non dixisse cuius videtur esse ratio quia aranee et alia huiusmodi anulosa modici sunt nutrimenti. et parui cibi propter defectū sanguinis et caloris. vnde cum aranea hō tunc tunc tibi capiat. quin incorpabiliter ad p̄parationem tele sue continue plus emittat. maior esset superflui emissio. quā tibi sumptio. Et maior egestio superflua quā digestio necessaria ad conseruationem debitam animalis. vt dicit aristo. vel al. Item plinius idem dicit. moderato vngue rotundum tele educit filum. et miro artificio deducit stamina ab ymo ad sup̄mum et iterum deducit transversaliter de puncto ad punctum lineari distantia filum suum et omnes lineares tractus. quasi in punctuali medio. in equali distantia a centro copulat et connectit. deducto autem stamine (vt ibidem dicit plinius) texere incipit a medio circūto orbem adnectens subregmina et maculas adnectens semper. et quasi reticulariter per parua intervalla. que inter valliculata foramina miro artificio sunt nunc quadrata. nunc oblonga. nunc rotunda. tanto sunt strictiora. quā sunt viciniora medio. et tanto latiora. quā proppinquo sunt extremo. quo autem medio filum filo. tam indissolubiliter iungat. et nodum nodo applicet et connectet. visus non iudicat. et rationis iudicium vix affirmat. Adira autem leuitate per fila sua. que humanis visibus vix sunt parua se eleuat. et quasi volat. binde se transferens locum mutat. Item dicit idem quod quādiu extrema tele fila durant si casu aliquo rumpatur. ipsa tela semper a medio incipit refari. re quod ruptum est quasi nihil iudicans in corpore tele esse integrum. quādiu medium nō est firmum. Item dicit idem. quod in eis sunt angustia nam scōrum quod tempora sunt futura. altius vel submissius solent componere. fila sua. Item ibidem dicit quod multitudo araneorum signum ē inundationis pluuarum. Idem libro. c. iij. de lesione vitium dicit quod aranee quedam circa germina vinearum. et etiam circa flosculos arborum faciunt textures. ex quarum circumuolutione pereunt arbores et vince quando sunt in gemme. vel in flore. morsus spalangia est mortiferus et venenosus. nisi ei citius succurratur. sed eius venenum extinguit. vis plantaginis si debito modo apponatur. et ideo venies a iij. vt lacte et bo. ta. es puncturā aranee formidantes succo plantaginis se curat. (vt dicit plinius. d. gal. et au. d. i. c. d. v. c. et mag.)

Araneorum autē tela (vt dicit aristo.) et etiam  
 pli. ex earū visceribus quodā miro nature ar-  
 tificio generatur/ subtilissima cōpositione cō-  
 textitur/ more rethibis cōponitur et paratur. filis  
 subtilissimis cōnectit. et hoc ne a muscis et ali-  
 is bestiolis/ quibus tenditur, ppter grossitiē  
 videatur. cū labore quidē cōponitur/ s̄ miro  
 modo facilliter dissipatur. ignē non sustinent  
 ventū timent cuius impetu tela rūpitur/ et su-  
 bito ip̄a denudatur. et quāuis venenosa sit a-  
 ranea/ de cuius egreditur visceribus/ tela ve-  
 nenosa non est. sed potius q̄ multis vsibus  
 medicine vtilis deputatur (naz vt dicit dias)  
 tela araneaz alba et mūda/ puluerulentis so-  
 dibus non admixta/ vires habet constringen-  
 tes cōglutinātes et refrigerātes. ideo sangui-  
 nē restringit a vulnere defluentē. superposita  
 vulneri/ p̄hibet fieri sanies et sanat plagaz re-  
 centē et p̄hibet inflaurā sanitatē vulneris re-  
 tardantē. Est autē genus arance quā spalanā  
 vocant vt dicit pli. lib: o. xix. c. iij. et est beca-  
 ranea similis formice/ sed longe maior corpo-  
 re rufum habēs caput/ reliquū corporis nigri  
 est coloris respersum albis guttulis acerbior  
 est eius ictus q̄ vipere. viuit autē maxime iu-  
 xta fumos et molas. cuius contra ictum est re-  
 mediū altā eiusdē generis ostendere sic passus  
 et ad hoc conseruantur cū mortue iuuentū-  
 tur. quaz cortices contriti et potati medentur  
 morſui mustele. Est et aliud genus lanugino-  
 sum cū grosso capite et dolor puncture eius si-  
 cut scorpionis. et ex eius morſu genua labefa-  
 ctantur et accidit caligo et vomitus. Est et ali-  
 ud genus arance noie mimicaleon siue mir-  
 micon qd̄ alto nomine dicitur formicaleon  
 formice similis capite albo habens ingrum  
 corpus distinctū maculis albis cuius morſus  
 viperaz dolore torquet. et dicitur formicaleo  
 qz formicas venatur vt leo. et earū suggest hu-  
 miditatē. sed a passeribus deuoratur. et ab al-  
 lijs auidus vt formica. Remediū autē contra  
 morſus omniū araneaz ē cerebrū gallinaū  
 cū exiguo piperis bibiti cū vino dulci Item  
 coagulū agni potatū cū vino sanat morſus  
 araneaz. Item idē facit anis vngule aneti-  
 ne cū melle. Item musce contrite et posite super  
 morſum extrahunt venenū et mitigant dolo-  
 rem. Sunt et alia remedia que enumerat pli.  
 sed hec sufficiant. Dicit enim li. e. c. vi. aranea  
 longa et candida tenues habens pedes cōtri-  
 ta i veteri oleo dicit solvere albuginē oculoꝝ.

**A**pis est animal multipes. et bre-  
 ue inter omnia animantia anulo-  
 si et insecti corporis in multis op-

tinet p̄cipatim. vt dicit pli. li. xi. c. vj. panis  
 tatem autē sui corporis recōp̄sat ingenij ma-  
 gnitudo quāuis autē possit inter volatilia cō-  
 putari. n̄ qz pedibus vitur in quibus ē vis  
 progressua merito potest inter gressibilia nu-  
 merari. P̄teret vero p̄prietates superius li.  
 xii. positas sub lra. a. alie sunt hic ponende.  
 quas recitat pli. lib: o. xi. c. vj. sic dicens. In-  
 ter omnia ē admiranda apum sollemia. qua  
 mella contrahunt. succūqz dulcissimū subti-  
 lissimū et saluberrimū in fauos cōponūt et ce-  
 ram ad vsus humane vite perutilē operando  
 conficiūt. hyeme latent et recūdūtur quia vi-  
 res non habent. vt niuibus p̄uinisqz resistāt  
 ac flatibus aquilonis. In vere vero cum sen-  
 tiunt fabas florentes ad opera exiunt et labo-  
 res. nulliqz licet vacare ocio per hos dies. p̄-  
 mo fauos cōstitiūt ceramqz fingūt. domosqz  
 ac cellulas faciunt. deinde sobolem et postea  
 mella conficiunt et cōponunt. tectū autē alue-  
 aris sui lacrimis et succis arborū gūmosā vis  
 habentū per totū liniunt. et contra aliaz be-  
 stiaz auditates se muniunt. put possunt. fa-  
 ces si fuerint nimis late constringūt. et eas suc-  
 cis predictis liniunt. primo autem p̄ funda-  
 mento sui operis crustulam quandam ponūt  
 amari saporis quā multi cōmosis vocant. de-  
 inde faciunt altā dulciorem que cere est. imi-  
 um quā multi dulces vocant. tertio ponunt  
 materiaz grossiorem que fauoz est stabilimō-  
 tum et illam materiā p̄p̄olum multi vocant. et  
 ista triplici tela a frigore et alijs iniurijs muni-  
 unt fauos suos. non insident fructibus sed a  
 floribus non maradis sed recentibus recoli-  
 gunt materiā ex qua mel et ceram cōponunt.  
 quādo autem flores vicini sunt cōsumpti mit-  
 tunt speculatores ad vltiora pabula acqui-  
 renda. et si apprehenderit eas nox in expedi-  
 one exarant suppine vt alas suas p̄regant  
 a pluuia et a rore vt factō mane expeditius vo-  
 lant ad opus suūz habentes alas suas siccas  
 et expeditas ad volatū ordiant exaribias su-  
 as more castroz. de nocte quiescunt vsqz ma-  
 ne donec vna omnes exaritet gemio aut tripli-  
 ci bombo vt bucano aliquo tunc vniuerse p̄-  
 uolāt si dies fuerit minus futurus. p̄cedunt  
 enim ymbres et ventos et tunc se continent in-  
 fra tecta quando p̄sciunt celi temperiem fu-  
 turam cum agmine p̄cedunt ad opera. et tūc  
 alie flores aggregant pedibus. alie aquā ore  
 guttasqz lanugine totius corporis simul por-  
 tant. adolescentiores vero ad opera exiunt et  
 conueniunt et afferunt supradicta. Seniores  
 vero intus operantur que flores cōportant.

## De animalibus

primo onerant pedes anteriores / et post alios / donec rostro pleno remeant totaliter onerare. Exapiunt autem onustas trine vel quaterne eas que exone aut secundum quod intus sunt ordinate. earum enim officia sunt diversa. Alie enim domus construunt. alie pollunt. alie cibum parant / ex eo quod allatum est. non enim se paratim vescuntur / ne inequalitas cibi temporis et operis fiat. inter eas fauos linealiter et ordinate sponunt / et in superiori parte suspendunt. ceras cadentes fuliunt. primas lineas panum replent de melle / nouissimas autem maxime solent adimplere. apes autem gerule / que necessaria conuehant / timet venti flatus. et ideo volant circa terram. et quando sunt onuste redeunt / ne flatu aliquo impediuntur. et quando lapillis se onerant ut lapillozū gravitate sint contra venti impetum magis fixe. Adira inter eas est obseruantia discipline. nam inertiam cessantium ab opere notant / et eas mox castigant / imo morte puniunt operari non curantes. Adira inter eas est mundicia. nulles inter sua opera spurcicie permittunt. egestionem apum que operantur intus ne longius recedat alie congerunt in locum unum / et eiciunt de alueari. quando aduersperascit / intrant in domos suas. et strepunt / donec illa eadem que eas excitauit circūuolent. et eadez quo excitauit uolant / eas inuiter ad quietem et tunc omnes repente conticescunt. Item in eode. c. xiiij. ) Item per apes summa equitas exercitur. ferunt enim omnes earum pacem dissoluentes / et earum mella dirumpere cupientes. regem siquidem habent apes qui non aculeo armatus est / sed potius maiestate ( et ut dicit idem. c. xvij. ) vel si habet aculeum / usum ferendi natura ibi negat. noluit enim natura ipsum seuum esse / nec concito petere uisionem. et ideo ei telum detraxit. et inermem dereliquit. unde constat apum imperatorem aculeo non uti. Adiranda autem est circa regem plebis obedientia. nam cum procedit / totum examen coglobatur. et ab ipso agmine uelut acie militum cingitur et uallatur. et pro multitudine obsequentium / tunc temporis uix uidetur. cum populus apum in labore est / ipse intus est / et circuit silis exercitum / solus a labore est immunis circa que et assunt apes quendam habentes aculeum / tamquam lictores / que auctoritate assidua / regis sunt custodes. et raro procedit foras / nisi quando examinem totum dixerit. cuius exitus intelligitur ante diebus aliquot exercitum murmurante / et quasi ad exitum se preparante. uix si quis tunc regi apum precideret aliam totum examen tunc tempore non eriret. et qui procedunt singule regis obsequio se offerunt

et ei proxime esse uolunt. regem fessum bumeris subleuant et fatigatum portant. si qua lassata defecerit uel ab acie errauerit. odore persequitur ubique rex procedit. et ubique rex procedit ibi cetera castra figunt. rege uiso totus animus exerceatur / ipsoque amisso totum agmen dilabitur ad alium. quod sine rege esse non possunt. ad aluearia subintrant quedam false apes / que fuci nuncupantur / habentes magnam uentrem furimque deuorant mella. et has apes interficiunt quando eas deprehendunt. quando uer est humidum / fetus apum multiplicat et mella depauperant. et eorum pro quando uer est siccum / deficiunt in plebe et in melle multiplicatur. Si autem defecerit in alueariibus / impetum faciunt in primas / proposito rapiendi et contra eas alie acie dirigunt / si rectorem habent. et si que fuerint apes fauete inuadentibus parant eis inuasores nec eas impetunt / sed post eas sibi associant et defendunt. Etiam multis alijs de causis acies contrarias construunt duo imperatores cum multa rixa / que dimicatio in iactu pulueris / aut fimo totaliter dissipat. Item idem. c. xix. apes quedam sunt rustice ac siluestres horrido aspectu et ceteris iracundiores. sed labore et opere sunt prestantiores. alie sunt urbane quare quedam sunt breues et uarie ac rotunde. alie sunt longe sicut uespere / et ille sunt alijs deteriores / et sunt pilose. et quedam ex his sunt albe que in messe mella faciunt. siluestres uero in arborum concavitatibus mellificat aliquando in aliquo terre specu. quibus natura dedit aculeum uentri confertum ad unum ictum. quedam autem ex uindictandi ardore ita profunde figunt telum quod sequitur subito intestinum et tales cito moriuntur alie quidem aculeum perdunt. et uiuentes ulterius mellificare non possunt. sed castratis uiribus nocere pariter et prodesse desistunt. odores fedos et ceteros fumos maxime odiunt. et fugiunt. in rebus autem odoriferis iocundantur. cacorum odore si quis eos iuxta decoquat examinatur. quando rex earum moritur tristitia torpent funerantibus more comitantur exequias / et meret plebs magno dolore rege peste consumpto. nam abos tunc conuehant et non procedunt nisi in murmure glomerantur circa corpus eius luctum non minuunt / imo nisi subtrahat mortuum fame et dolore moriuntur. hylantate igitur apum et nitore sanitas estimatur. Dicit etiam ibidem apes multas incurere infirmitates. nam ut dicit. c. xx. egrotant quando non proficiunt fetus suum. inimicant etiam eis resultans sonus echo / nimis. nam facit eas timidas / inopinato sonitu terrens eas. inimicant etiam eis corrupta uebula / corruptes flores quos decasunt. aduersant et eis arance

quando se sociant eis et in alueantibus faciunt  
 interituras. pestifera est etiam eis musca quedam  
 similis papilionis/ qui insilit in candelas. nam  
 papilio depascit ceras/ et reliquit stercorea/ ex  
 quibus generantur cerredones/ qui ceras pre-  
 cipue appetunt. nocet etiam eis aueritas passus  
 quoniam nimia florum satietate replentur/ et maxime  
 hoc accidit in vere. oleo quidem examinatur si  
 cut et omnia anulosa et infecta/ precipue si ca-  
 pite victo in sole ponatur sed asperse aceto re-  
 uiuiscunt. aliquando etiam contrahunt sibi mor-  
 tis et morbi causas quando sentiunt sibi subtra-  
 hi mella nimis auide deuorantes (hucusque plin.  
 Insignes etiam proprietates et notabiles recitat  
 (auice. libro. viij. c. iij.) apes inquit abantur  
 ex melle et comedunt inde pap. sed quando infir-  
 matur/ tunc comedunt mel et non exeunt de domi-  
 bus suis. et quando inueniunt domos mudas  
 siue aluearia faciunt in eis domos fertiles ce-  
 reas. et quando officina aluearis sunt nimis am-  
 pla diminuunt amplitudinem cum quadam visco-  
 sitate nigra/ que in odore est acuta. etiam edifi-  
 cant primo domum regis/ et illa domus similis  
 est foramini et post alias domos secundum di-  
 uersitatem maiorum vel minorum. masculi autem tantum  
 modo operantur domos suas/ et post non est  
 operatio/ nisi ad comedendum mel/ et mellificandum  
 et apes primo morantur in fauis suis et quan-  
 do est repus excedunt/ ascendunt in altum secundum  
 foramina pyramidis. et postea redeunt et come-  
 dunt mel. et rex nunquam exiit/ nisi cum exercitu/ et  
 masculi non habent aciem nisi forte pauci. ta-  
 men appetunt pungere/ sed non possunt. Et  
 reges apum sunt duorum modorum. vnus rubeus  
 et alter niger fere sicut carbo. et est in duplo ma-  
 ior quam apis que mellificat. et sunt apes mascu-  
 le magis pigre quam femine. et meliores sunt apes  
 minores et rotundiores habentes varios co-  
 lores. et apes que pascuntur in montibus pra-  
 tis et ortis sunt minores et meliores et faciunt  
 mel consimile in partibus et leue. apes autem  
 que non sunt bone non faciunt mel equale nec  
 consimile sed apis que semper adheret forami-  
 ni mellis efficit mel melius. aliter. n. corrupit  
 de facili/ et generantur in eo aranee que corru-  
 punt mel. Duplici autem de causa vniuntur apes  
 mellificantes aculeo. scilicet ad defensionem/ et ad hu-  
 miditatis superflue consumptionem/ vis. n. ignea  
 est in acu. et ideo cooperatur valde ad consumptionem  
 superflui humiditatis et mellis immutationem. Item  
 subintrant sepe aluearia quedam musce male que  
 faciunt alias muscas puas/ quas multi vocant  
 gusanos proferunt alas aliarum/ sed vere apes pro se  
 quoniam illas muscas et pungunt eas. nec punit

tunt eas cadere super domos suas. et apes mel-  
 lificantes interficiunt masculos nocentes eis/ et  
 reges malos quando eas non bene regunt/ sed  
 tunc modo de melle nimis comedunt/ et precipue  
 hoc faciunt quando mel erit paucum. et apes  
 precipue pugnant cum longioribus quando non ope-  
 rantur nec laborant et nuntur eas eijcere de al-  
 ueantibus/ et per talem eiectionem melioratur mel  
 et augetur. Est autem vnus genus apum quod dicitur  
 labion. et interficit apes mellificantes. et destru-  
 it earum domos. et hoc est/ quia sunt vigilantes et bene  
 custodie. et quando intrant aluearia/ in melle subi-  
 to se infigunt cum deuorandi in tantum quod non possunt  
 euadere. et tunc statim a veris apibus huiusmo-  
 di interficiuntur. Et antequam rex crearet rationem  
 per duos dies ante sciunt alie quod rex sit factus  
 ut obedire illi parate sint. et quando reges crea-  
 tur quilibet huiusmodi catervam vnaz. et illa caterva  
 non vult habere alium regem nisi quem primus  
 acceperunt/ et si alius rex voluerit illius comi-  
 tatus ipsum interficiunt. et postquam exierint pul-  
 li et fuerint pauci/ expectant societatem al-  
 terius examinis. et sic simul securius proficiuntur.  
 vel postquam ceperit volare pulli et fuerint equi-  
 les magnis/ festinant opus suum. et senioribus  
 plurimum cooperantur. Nulla autem creatura arde-  
 tor est ad vindictam quam sit apis quando ad iracun-  
 diam provocatur. et ideo sepe grades prosternit exer-  
 citus multitudo apum/ quoniam contra diripientes mel-  
 la resistere compellunt. Item fumum et fumum super omnia  
 abhorret apes. et ideo laborant feces eijcere et  
 squibala sua quando volent/ quia earum feces ferunt  
 valde. et ideo ab eis domos suas valde purgant  
 virgines apes et iuuenes/ melius operantur et  
 faciunt melius mel quam seniores et non tantum pau-  
 tiunt nec tantum ledit earum puncto sicut ienuz  
 potant autem apes et bibunt/ sed aquam tantum da-  
 ra/ siue prope siue a remotis hauiatur/ nec po-  
 tant vbi pus proiecerint fecem suam. et maxime  
 in autumno et in vere/ et mel veris melius est pro-  
 pter florum nouitatem et ampliozem pun-  
 tem. Et apibus placet armonia. scilicet sonitus ca-  
 tus percussio palmarum. et ideo cum cantu et  
 peluim aut cimbalarum sonitu ad alueare re-  
 uocantur. et quando dimittitur apibus mul-  
 tum de melle pigrescunt/ et minus operantur  
 et ideo oportet ut in alueantibus eis mediocri-  
 ter dimittatur (hucusque auicenna. vij. libro.)  
 Item ultra alta ponit in quibus concordat cum  
 aristo. libro. viij. plinius in. xi. quere supra li-  
 bro. xij. in littera. a. vbi inuenies multa que  
 ab aristo. et a seneca et alijs auctoribus sunt  
 accepta. sed hec sufficiant.

## De animalibus

**B**os grece boetes nuncupat/ que latini torone vocant/ eo q̄ terram terit. cuius latitudo pellis a mento 7 gutture vsq; ad crura pellearia ducitur/ a pelle ipsa sic dicta. quasi pellearia que gente rosiratis in boue est signū (vt dicit Isido. li. xij.) (boū aut vt dicit idē. circa socios eximia pietas est. nā alter alteri inquit. cū quo p̄ collū aratra ducere cōsuevit. 7 frequenti mugitu piū testatur effectum/ quando ipsuz cūius inueni nō contingit. De bobus vero dicit pli. li. viij. c. xlv. bobus indicis cameloz traditur esse altitudo/ quoz cornua sunt in latitudine quatuor pedū (7 sequitur ibidē) soli boues iter aialia retro ambulantes pascuntur. aque calide ablutiōe/ dicuntur pinguescere. quādo cornibus capitis cōiungunt/ plus laboris possunt sustinere/ q̄ quādo ceruice inuicē copulantur. In syria sunt boues/ qui nō hnt palleana sub gutture sed gibbos in dorso. boues quoq; lassata habentes cornua dicuntur eē in ope excellentes. boues nigri coloris pania habentes cornua/ minus reputantur vtilis ad operā dū. Ad aiora cornua 7 spissiora habēt boues q̄ tauri. 7 post castrationē bos i corpe 7 in cornibus augmentū recipit/ pariter etiā pficit in robore 7 virtute. nō tamen tante ē animositas nec audacie/ sicut ante. magis autē efficit domitus maturus 7 quietus/ patiens laboris 7 motus tardioris/ 7 incessus grauioris. Itē pli. ibidē. Natura boni i trimatu optima/ post trimatū aut nimis ē sera sed ante prematura. optima vero cū boue iuuenis inuenitur. socium. n. laboris agriculture habemus hoc animal. Zāta etiā fuit cura apud priores boues non ledere/ vt qui p̄ca aiō motus bouē occideret sine causa/ puniretur grauius rāq̄ colonū suū iteremisset (vt dicit idē) Est. n. aial mite 7 mundum nō solū vsibus boiuz necessarium/ vtz etiā ad imolādum in aris deoz ē cōgruum 7 aptū. nā ex bobus optime fiunt vitime. 7 lauissima fit ex eis placatio deorum. bos aperit terrā vomere 7 incidit 2 colit arua 7 eā gignēdis fructibus aptā reddit. bos caribus suis reficit 7 nutrit. pellis eius multis vsibus cōuenit. eius etiā fimo terra ipinguescit. eius cornua calefacta remolliunt 7 rectificant/ ex quibus diuersa vascula 7 varia vtenilia p̄parantur. Ex cornibus. n. bouinis fiunt arcus baliste quibus tela p̄tra hostes iactantur fiunt 7 toraces/ 7 arma quibus ifirmiora hominis contra hostium iacula defensantur. fiunt 7 lucerne quibus fugant tenebre. fiunt 7 pectines quibus capita a sordibus emundā

tur. bouinis etiā cornibus vnt venatores. nā eis tenēt feras 7 incitant canes venaticos vt fugiētia aialia insequantur. cornibus etiā vntur scriptores/ 7 pictores. in quibus varij colores optime conseruantur. vntur etiā cornuū vsu bellatores quibus bucinādo socij animant/ tā pugnantes q̄ fugiētes ad acie reuocantur. cornibus etiā vntur custodes tauroz 7 castroz siue spiculatores/ qui ipsoz sonitu ad vigilandū mutuo se hortantur. ad mltā alia cornua bouina sunt necessaria. vñ nihil ē in boue quod diuersis vsibus nō sit vtile. 7 etiā eius fimo (vt dicit pli. li. xxvij. c. xi) fimo inquit bouis cū aceto/ iuuat contra dolē articuloz. ydropicis etiā remediuz singulare ē/ si inde ad solem pungantur. Intercuranum. n. ssumit humorē 7 sedat ac reprimt inflaturā ydropicā 7 tumorē (dicit p̄terea pli. li. xxx. c. iij.) Est inquit animal paruulū simile scarabeo/ nomine burestis. hic inter herbas fallit botē. 7 iō sic est dicitur. qz premit eū nā inter herbas quas bos diligit/ illud aial se abscondit. quod animal bos deuorat/ duz herbas incaute carpit. borestio autem deuoratus/ iecur bouis sic inflamat/ vt ipsum cum cruciatu maximo tandem rumpat. vnde p̄teronus iugi quo bouis ceruix primitur/ 7 p̄ter dolorem stimuli quo bos pungitur/ burestis dum eius ventrem subintrat inter cibos/ cum interit cruciatur veneno.

**B**ubulcus dicitur boū custos qui ipsoz est custodie ex officio deputat. hic boues pascit 7 nutrit. 7 ad pascua eos ducit 7 reducit 7 dum sunt in pascuis per pedes eos colligat 7 cōuertit. eozum ceruices iugo premit/ 7 aratro eos iūgit cum stimulo pignantes cōpellit ad labores. 7 vt vniiformiter aratrum trabant/ stimulādo eos cogit sibilo/ 7 cantilena eos demulcet. 7 vt libentius iugum ferant vobis melodia allicit ipsoz 7 inducit. naturaliter enim boues sicut 7 ceru diligūt melodiaz (vt dicit auicē.) cum virga eos dirigit. 7 ut rectum faciant sulcum ipsoz instruit. nec solum cogit ad arādū verum etiā ad tritrandum compellit/ 7 ad confringendas fruges in area circunducit. finito labore a iugo eos soluit. 7 ad presepe vt reficiantur eos ducit.

**B**ubalus est a boue diminutiue dicitur. eo q̄ similis sit ipsis bobus. Est autem animal ita indomitum q̄ p̄ feritate iugum non recipit in ceruice. bubalos affrica procreat. in germania autē sunt boues agrestes/ hntes cornua

in tantum prenta/ vt in regis mensa ppter in  
 signem eoz capacitatē/ et eis pocula fiant (vt  
 dicit Isi. Est autem animal magne fortitudi  
 nis vnde domari nō potest/ nisi arcu ferro  
 nanbus eius infiro quo circumducit. nigri au  
 tem vel vului ē coloris/ paucos et raros hīs  
 pilos/ corneā habet frontē/ cornibus validis  
 simis circūspectam cuius caro nō solū est vti  
 lis ad escam/ verū etiā ad medicinā (nam vt  
 dicit pli. li. xxvij. c. x.) caro bubali cocta vel as  
 sa/ hominis morsum sanat. cuius medulla cū  
 dextro cure assumpta aufert pilos palbebra  
 rū. et medetur vicij oculoz. sanguis eius cū  
 aceto sumptus/ reijcientē sanguinem mire sa  
 nat. cuius vngule vel solie bubaline cum mir  
 ra confirmant dentes motos. lac bubalinum  
 valet contra viscerū torsiones. nam sua pigue  
 dine delinit ea. vnde cōtra dissenteriam mul  
 tū pdest. valet cōtra ictus serpentum et scorpī  
 onū. et cōtra venenū salamandre et cicute. vul  
 nera recentia sanat. fimus bubali calefactus  
 sanat dura apostemata. et eoz duricias spgit  
 fel eius valet cōtra caliginem oculoz. Sunt  
 et quidam boues agrestes mire magnitudi  
 nis/ et tamen summe sunt agilitatis. In tātz  
 enim sunt agiles/ vt fimū quē piciunt citius  
 eleuent sup cornū/ q̄ possit decidere sup terrā  
 hī boues odiunt et psequunt oē rubeū siue ni  
 fum. et ideo venatores rubeis se iduūt vt eos  
 puocent ad eos insequēduz. venator iam vi  
 dens bestia appropinquantē/ retro magnaz  
 arborem et fortem se abscondit/ bos vero cor  
 nibus ita fortiter ipingit in arbore/ q̄ ppijs  
 cornibus ab arbore detinetur. et sic detentus  
 venatoz iaculis cōfoditur et pstermitur et ne  
 catur. Est et aliud animal simile boui agresti/  
 sed non est tante magnitudinis. maxima ta  
 men habet cornua multū acuta et alta/ cum q̄  
 bus deijcit arbores et arbuta sed et cōcauam  
 quercum robore suo deponit vsq̄ ad terram.  
 qui grā pastus tādē caput submitit inter fru  
 tices. et subtilia et plura virgulta siue vimina/  
 quaz copulatione et adberētia cornua bestie  
 circūligantur. vnde diu lucrans ptra illos pli  
 ras virgultoz obuoluriōes/ magis ac magis  
 se intricat atq̄ ligat. atq̄ diu lucrans ab illis  
 ligamimbus se nō expedit imo se inuoluit/ p  
 indignatiōe alte mugit. cuius vocē horridaz  
 audiens venator scit bestia illaqueatā fore et  
 detentā. vñ ipsā secūre venabulis impetit/ et  
 occidit bestia acerrimā in virgultis/ quā in ne  
 morib⁹ magnis/ inuadere nullatenus ausus  
 fuit. et hāc bestia vocat phisologus apolonē  
 cuius dicitis si fides adhibēda ē nūz vñ/ qua

lirretam fera bestia de virgultis et nemoribus  
 modicis cornua nō eximit que eisdez cornib⁹  
 ingentes arbores deijcit et pstermit. Est prete  
 rea quedā spēs bouis siluestris quā aristo. in  
 li. viij. circa finē vocat borricum. et dicit q̄ ma  
 gnus ē scdm quantitatē tauri/ et est similis tau  
 ro/ et hz crines descendentes ad duas partes  
 spatulaz/ sicut in equo est videre. et eius pili  
 sunt magis molles pilis equi et breuiores. et  
 crines eius continui vsq̄ ad oculos. et ē color  
 eius vergens ad rubeum colorem vel citrinū.  
 et vox eius assimilatur voci tauri. et hz cornua  
 aliquātulum incuruata/ et in vnoquoq̄ cor  
 num suoz capere pōt medietatem mensure/  
 que dī boz. et non habet dentes superiores si  
 cut taurus nec cura eoz sunt multorum pilo  
 rum. et assimilatur lane et findit vngulas. ha  
 bens in pedibus duos somlares. et cauda  
 eius ē breuis respectu corpis. et ipse cauat ter  
 rā et erigitur in cauando sicut taurus. et hz du  
 rā autē multos ictus patietē. et carnē hz valde  
 dulcem. et ppter hoc venat et pcutit. et qñ ve  
 nator fugit acquiescit. et cum debilitatur pu  
 gnans piciat stercus p quatuor passus. et hoc  
 facit qñ timet. canes autē venatici odorāt su  
 per stercus. et dum circa talē odorē occupātur  
 bestia fugiendo elongatur. Itē dicit aristo. d  
 vacca agresti libro. x. et qñ appropinquat par  
 tus adunabuntur ex eis multi. et prius cōgre  
 gabunt stercus circa ipsū/ et ponunt sicut mu  
 rum et hoc est animal multi stercoz vt dicit  
 aristo. ibidem et etiam auicē.

**B**asiliscus grece latine dicitur regu  
 lus eo q̄ sit (vt dicit Isidor⁹) rex  
 serpentum. ipsum enim videntes  
 fugiunt/ et timent etiam serpentes ipi. olfactu  
 enim suo ipsos necat flatu/ et etiam aspectu  
 interemit omne viuū. ad eius siquidē aspe  
 ctum nulla avis illesa transit. et quāuis paul  
 fuerit eius ore cōbusta deuoratur. a mustelis  
 tamen vincitur/ quas homines ad cauernas  
 deferūt/ in quib⁹ reguli delitescunt. nihil enī  
 siue remedio ille parens omnium dereliquit  
 vnde visa mustela basiliscus fugit/ quem ipsa  
 persequitur et occidit. Est autem in longitu  
 dine semipedalis albis maculis lineatis/ re  
 guli enim sicut scorpiones arenia queq̄ se  
 ctantes. et postq̄ ad aquas perueniunt/ idro  
 phodos et limphaticos faciunt. intoxicant. n.  
 ipsas aquas/ et mortiferas reddunt eas. vo  
 catur quoq̄ regulus a multis sibilus. nam si  
 bilo occidit anteq̄ mordeat siue pugnat. buc  
 usq̄ Isid. lib. xij. c. iij. pli. autem libro viij. c.  
 xxij. dicit sic. apd inquit hesperios ethiopes.

## De animalibus

fons est qui a multis estimat caput nili. iuxta quem est quedam fera que cacoblephas appellatur/ corpore quidem modica omnibusq; membris iners. pregraue caput gerens/ et seper habet deiectum super terram/ alias interfectio esset humani genens. quia omnes qui eius viderent oculos expirarent. Eadem basilisci serpentis vis est/ quez coronas prouincias gignit. corpus habens in longitudine et magnitudine. xij. digitorum candida in capite/ macula velut dyademate insignit sibilu omnes fugat serpentes. nec flexu multiplici reliquorum corp? ipellit. sed celsus et erectus in medio graditur et incedit. desiccatur fructus/ et herbas expunit. non solum tactu/ vix etiaz sibilu et afflatu circa diacenta oia destruit et corrupit. tate. n. e venenositatis et pniciei q; tangentes se cu basta longissima sine mora interficit et consumit. huc mustela domat et conuincit. q; deo nature nihil placuit esse sine pari. mors itaq; basilisci. morsus e mustele. et tade mors mustele dicitur esse fetor basilisci. et hoc quidem vix e nisi mustela/ pastu et fricatioe ruthe/ herbe contra tale mortiferu primitus munitur (vt dicit arif. et etiam auice) primo igit mustela rura herba/ quauis amara comedit et sic virtute succi herbe amare/ nature hoste intrepida aggreditur et deuincit et quauis basiliscus irremediabiliter sit venenosus quadiu viuit. in cinerez tñ robustus veneni malitia perdit. cuius cinis opatioib? alchint vnlis creditur et maxime in transmutationibus metallorum.

**B**omax que nubeta dicitur/ genus est rane venenose habitans in terra/ paniter et in buore (vt dicit plin. li. viij. c. xxxij) senectutem autem idest vetustam et senem pellem/ dicunt eas deponere assiduo pastu quarudam barbarum venenorum tamen sibi semper reseruantes/ pugnat contra araneam. et spalangionem. et beneficio platanis ear venenu superat et punctura. cui venenu creditur esse frigidissimu. et io omne membru qd tangit reddit insensibile/ et stupidu ac si esset congelatu. aial siquidem est vimentu. et io ad ira se animat ad omnem tactu. vñ quanto plus tangitur/ rano turgescit aplius et inflatur. quot maculis sub ventre respargit/ tormentis venenu eius obnoxiu fore pbibet. oculos hz quasi igneos et lucentes. et est rano pniciosior/ quanto et eius aspectus ardentior iuenitur. et quauis claros habeat oculos/ odie tñ solis aspectuz/ et quent latebras et fugit ad cauernas qñ sol ouit/ et ipsius radijs tene superficies refouet. et herbas dulces diligit/ et ear

radices comedit. sed comedendo eas inficit et corrupit. et io in ortis rura que bufonibus et ceteris venenosis est inimica. platanis pluenit cuius virtute arcens. ne accedant ad illas herbas et radices que ibi crescut/ et ibi terre comedantur. loca fetida muscida et fimosa bufo diligit. loca autem odorifera multu odit. vñ dicunt q; vineis incipientib? flores fugiunt. q; odore ipsaz no possunt sustinere. de bufone aut (dicit plin. li. xxx. c. iij.) sicut rane multu venenose/ q; dicitur rubete/ que viuunt in vepribus et rubetis. q; sicut sunt candidiores sic et ceteris sunt pniciosiores. et sunt alteri coloris subnigri/ alteri subruffi vel pallidi et subcinini. Istas autem rubetas dicit habere duplex iecur. vnu est sume venenosu/ et aliud est remediu. et dat antidoto contra toxicu seu venenu. oz aut ipsa sic experiri. pñ aut iecur in nido formicaru partem venenosu formice fugiunt. alia partem appetunt. et illam oz retinere et vsui reseruare. Adira de his certa tradunt auctores (vt dicit plin.) dicit. n. in eius latere dextro esse os occultu qd plectu in aqua feruentem facit ea subito frigerari/ nec vas feruere postea/ nisi os primitus extimat et illo officulo vrunt magi ad amores et odiu cocitadu. dicit etia inde quaranas posse sanari. quatuicq; aut vermibus ille sit venenosus/ p incinerationem tñ et combustionem amittit vim veneni/ et recipit maxiaz virtutem medicine. valet. n. miro mo ad carnis et cutis aliquo casu pdite recuperationem et neruorum consolidationem/ et vulnery desiccationem et cura si debito mo illo cinere quis vratur/ quere infra de rana in littera. r.

**B**omber est vermibus qda nascens in frondibus apressi/ fraxini/ mori et terebinthi. vt. d. plin. libro. xi. c. xxxij. Isti autem dicit sic. bomber bobias est frondens vermibus/ ex cuius textura bobianu conficitur. Appellatur autem hoc noie/ eo q; euacuetur du fila egerat/ et in eo remaneat solus aer. vt dicit idem. mira autem recipit bicvermis imutationem. na pumo nascitur sicut vermibus similit eruce/ que rodit folia oleru/ et papinos vinearu. hic vermibus frigoris imparies bobices telas araneaz mo terit. et pmo pparat sibi corticem siue domu in qua habitet. et contra horrorem hyemis se defendet. Textura autem suaz facit peduz suoz ministerio/ quibus subtiliat filu suuz et pectinat. et sic id in telam ordinat et componit.

**A**meli vt dicit Isti. li. xij. a greco noie sunt sortiti/ eo q; quando one ratur indinantes et acerbentes

coram onerantibus humiliantur. greci enim come humile et breui dicunt. vel dicuntur a camur quod grece curuum sonat. quia in tempore quando recipiunt super se pondera / super anteriores puplices incuruantur. Cameli itaque aialia sunt onerifera et mansueta / ad portanda onera et pondera deputata / et inueniuntur in multis regionibus / sed potissime in arabia. et differunt cameli arabici a camelis aliarum regionum. nam arabici duos habent in dorso gibbos. sed reliquarum regionum cameli in dorso habent unum tantum (ut dicit Isido. in eodem) Plinius vero libro octauo cap. xix. dicit sic. Camelus inquit inter armenta nascitur oriens quorum duo sunt genera / lactrice. scilicet et arabice. Arabici cameli hinc habent tubera in dorso. babilonici tantum habent unum in dorso / in quo portant et alium in pectore cui incubant. cameli superiori ordine detum ut boues carent et ruminant / sicut bos et ouis. ut dicit Isido. li. xij. ungulam tamen non diuidunt ut postea dicitur. Veloces sunt multum (ut dicit pli.) et ideo valent in preliis committendis et etiam in meribus deferendis. ultra assuetum camelus non procedit. spatium nec plus consueto onere suscipit ad portandum. odium habent naturaliter contra equos et sitim etiam per quadriduum tolerant. et quando bibunt turbant aquam. aliter potum non gaudent. viuunt quadragenis annis / quidam etiam et centenis. et aliquando etiam rabiem incurunt. castrantur cameli qui bello preparantur fortiores enim sunt coitu penitus denegato (hucusque plinius) De camelo vero dicit autem Isid. sic. Camelus inquit mouet primo pedes dextrum sicut et leo. et solus habet super dorsum additamentum. et habet pedes scissos / et in scissura habet pellem ad modum pedis assermi. et ille scissure sunt carnosae sicut scissure pedum vrsi. et ideo faciunt eis homines solares et abluunt eis pedes ne pedum tenentudo subitus ledat. et aliquando in corde eius inuenitur os sicut in corde cerui. et habet quatuor conos in duabus mamillis sicut vacca. et camela se inclinat et vadit super genua / quando appetit cum masculo copulari. et desiderium eius est feruens tempore amoris. et tunc parum comedit et semper appetit coire iuxta locum illum ubi primo coit. et ut dicit aristoteli. libro v. appropriatur camelis quod sunt solitarii in montibus amoris tempore et nullus potest appropinquare eis nisi pastor. et virga camelarum est neruosa et valde dura. et ideo fiunt ex ea corde arcuum. Item ibidem in eodem. cameli

habent tempus determinatum ad coitum et amorem. femina trahit in utero per duodecim menses / et non coeunt ante triennium et post partum quiescit per annum. Item dicit idem libro viij. quod sunt quedam genera camelarum que castrantur / ut sint ad fugam comodum aptiores. et dicit quod tales cameli sunt velociores equis / et hoc accidit propter amplitudinem passus / sed de hoc querere infra de dromedario. Item nota contra incestuosos de camelo. quia camelus (ut dicit aristoteli. li. viij.) non coit cum matre sua. cooperibatur enim mater cuiusdam cameli pallio in quadam ciuitate et saltauit super eam filius eius / qui sentiens eam matrem suam descendit antequam coitus compleretur et momordit ingentatorem et occidit ipsum. Exemplum est aristoteli. et ponit simile de equo cuiusdam regis. De camelo insuper dicit plinius li. xi. capitulo. xxxvij. quod cameli caluescunt inter quos drupedia sicut homo et sicut strutio. et quedam alia inter volatilia. dicit etiam idem quod inter animalia non cornigera / camelus in superiorum maxilla non habet dentes superiores. et ideo concordat cum animalibus ruminantibus in dentibus / et in dispositione ventris / sed non in cornibus. Item dicit aristoteli. li. xiiij. ubi dicit animal cuius cibus est materia spinosa / habet multos ventres ut camelus. et animal habens cornua / non est habens dentes in utraque mandibula. et propter hoc non est camelus habens dentes in utraque mandibula / sed in vna tantum quauis careat cornibus. Necessario igitur fuit ventre et cameli / altis dispositionis. et assimilatur ventribus animalium carentium dentibus in mandibula superiori et fuit creatio dentium eius / sicut animalis habentis cornua. et quia cibus cameli est spinosus / necessario fuit lingua eius carnosae propter duriciem palati. natura igitur vitatur palato / sicut parte terrestri dentium. et propter hoc ruminat camelus sicut habentia cornua / quod ventres eius ventribus habentium cornua assimilatur. Recipit itaque cibum in primo ventre penitus indigestum. in secundo autem incipit digeri. in tertio melius. in quarto digestio penitus completur. et ista ventrum diuersitas fuit necessaria propter grossitatem nutrimenti siue cibi quia parum dentibus molit cibum Item aristoteli. libro. xiiij. a. camelus non habet fel distinctum super epas / sicut nec elephas. quod epatis naturam habet valde sanam et sanguinem naturaliter dulcem. et in talibus animalibus non inuenitur fel aut si inuenitur / in venis gracilibus valde uentur. et ideo dixerunt

## De animalibus

antiqui sicut anaxagoras. q̄ cameli p̄pter p̄-  
nationē fellis sunt vite longioris/ quia diuti-  
us viuunt aialia paruz habentia fellis/ q̄ il-  
la que habent multū. et ideo posuit anaxago-  
ras q̄ fel esset causa infirmitatū omnium acu-  
tarum/ quando. s. multipliciter ad pulmonez  
et ad alias partes corporis se diffūdit. sed di-  
cit aristo. hoc eē falsum. quia multa animalia  
in quibus non inuenitur fel. acutas et morti-  
feras aliquando sustinent passiones. vt pa-  
tet in camelis/ quibus accidit aliquando po-  
dagra et rabies. vnde constringuntur pedes  
sui/ et interficit eos ista infirmitas/ et tamē ca-  
rent felle. vt dicit ides (bucufq; aristo) De ca-  
melo etiā dicit constan. in dietis vniuersali-  
bus. camelus est animal calidissimū ex natu-  
ra. et ideo naturaliter est macilentū. calor. n.  
totam trahit sanguinis vnicuositatez. et ideo  
remāet sine mltā crassitie. et camelinū lac sub-  
tilis est lacte aliorum animalium et min⁹ vi-  
ciosum. et minus nutritiuum. magis autem  
est calefactiuum. diureticum idest appetitiuū.  
lac enim nihil aliud est q̄ sanguis secūdo co-  
ctus. et ideo lacris sapor cameli salus est et a-  
cutus. vnde humorum grossorum est inscissi-  
uum et attenuatum/ cui vacanum lac ē con-  
trarium. Est enim grossum vnicuosum et mul-  
tum nutritiuum. alias autem proprietates q̄  
re infra de dromedario.

**C**ameleopardus vel cameleopardus  
dalis est animal ethiopicum. vt di-  
cit Isid. libro. xij. et pli. libro viij. c.  
xij. caput habens cameli et collum equi et cru-  
ra et pedes bubali et maculas pardi. Est enim  
bestia maculis albis rutilis colorem distigū-  
tibus superaspera. et ideo a capite cameli et  
maculis pardi cameleopardalis ē vocata (vt  
d. pli.) Est autem bestia magis aspectu q̄ fe-  
ritate conspicua in tantum mansueta/ q̄ etiā  
ouis fere nomen accepit. vt dicit idem. boca-  
nimal fuit mundum sc̄z mosaicam legē quo  
ad esum sed non quo ad sacrificium. nam vi-  
gulam findebat vt bubalus/ et ruminabat vt  
camelus. et ideo eam comedere erat fas. vt pz  
deu. xiiij.

**C**ameleon buius cameleōtis. ē be-  
stiola parua diuersa varietate co-  
lorum conspersa. cuius corpuscu-  
lum ad varios colores quos videt/ facillima  
conuersione variatur. non inuenitur aliquod  
aliud animal cuius corpusculum ita recipiat  
colorum oppositorum inuentionem. vt ibi/  
dem dicit Isido. Sc̄m autem auice. came-  
leon ides est q̄ stellio. quia lucet vt stella. et eni-

am inuariat colores/ quia est animal timidus  
et pauca sanguinis. et ideo colores mutat. et est  
quadrupes habens faciem lacerte et vngues  
acutos et recuruos/ et corpus asperum et durā  
cutem/ et ad modum cocodrilli. Aristo. autem  
dicit sic libro. ij. cameleon inquit est animal si-  
corpore simile lacerto/ cuius latera sunt oblo-  
ga peruentientia ad inferius sui ventris/ sicut  
latera piscis. et medium spondilium dorſi ei⁹  
prominet sicut spōdiliuz piscis. et facies eius  
sicut animal est ex porco et simia. et habet cau-  
dam valde longam. et eius extremū est graci-  
le/ et habet pedes reflexos/ sicut lacerculi et q̄/  
libet pedum diuiditur in duo. et comparatio  
vnius ad alterum est vt pollicis hominis ad  
residuum manus. et quelibet istarum partiu⁹  
diuiditur i digitos et vngulas similes vngui-  
bus auium/ totum corpus eius asperum si-  
cut corpus bardani. oculi eius profundantur  
et sunt magni et rotundi/ et continentur in co-  
rio simili corio totius corporis eius/ et nō co-  
operuntur ab ipso. et girat oculos suos fre-  
quēter circūquaq; et alteratur color eius/ quā-  
do inflatur corium eius. et habet colorem de-  
din autem ad nigredinem et sunt in eo macu-  
le nigre. et hec variatio est i toto corpore eius  
et maxime in oculis et in cauda. et eius motus  
est grauis valde. et in morte eius est turpis co-  
loris. et id quod est in corpore suo est modice  
camis. parum enim habet nisi in capite et ra-  
dice caude vbi panem habet sanguinis/ simi-  
liter in corde et in venis exeuntibus ab eo et i  
circūitu oculorum/ quāuis sit paruz et eius ce-  
rebrū est prope oculos. et si quis diuiserit cor-  
pus in duo/ permanebit in operatiōibus su-  
is per suum spiritum et remanet modicus mo-  
tus circa corpus et non habet splenem et ma-  
net in cauernis sicut lacerta (bucufq; aristo.)  
Pli. vero. li. xvij. c. viij. sic dicit. cameleon  
ē animal simile cocodrillo sola curuatura dor-  
ſi/ et caude amplitudine distans. nullum ani-  
mal eo pauidius estimatur/ et ideo mutat ei⁹  
color. vis enim eius maxima est contra acci-  
pituz genus. detrahit. n. accipitres ad se vo-  
lantes et prebet ceteris animalibus volunta-  
rie lacerandos. caput eius et guttur si cū quer-  
cuis lignis accendatur/ ymbres facere et to-  
nitra democritus asserit. sed hoc decidet pli.  
qualecūq; sit animal/ intermūda cōputatur.  
vnde super leui. xi. dicit et esicius in tefat. pre  
infirmitate mansuetū se fingit cū sit crudelis.  
Dicitur autē cameleō viuere solo acre/ sicut tal-  
pa ex terra et allec ex aq̄ et salamādra ex igne.  
Unde versus. Quatuor ex p̄nis vitā ducūt

elementis. Lameleon talpa maris allec et salamandra. Terra cibatur talpam flamma pascitur salamandra. Unda fit alleci cibus aer came leonem.

**C**aprea est silvestris capra a carpēdo dicta. unde Ili. li. xij. capros et capreas a carpēdis virgultis quidā dicunt. Alij vero sic eas dicitas putant quod carpunt aspera. nonnulli vero dicunt eas sic vocari a strepitu curiū. unde vocantur capree silvestres capre quas greci pro eo quod acutissime videant tortos appellauerunt. morantur enim in excelsis montibus. et tamen & longinquo vident venientes venatores. eodem dicuntur et ybices eo quod ad instar auiū ardua loca petant/ ita ut de sublimitate vix obtinuitibus humanis pateant (ut dicit Ili. lib. xij. a.) et subdit. hec itaq; animalia in petris abruptis commorantur. et si aliquando hominū approximationē et persecutionē presenserint ferarū/ de altissimis saxorum cacaminibus sese precipitantes in suis se cornibus suscipiunt illesas. Dicuntur etiam et dame siue damule ut dicit Papi. que re infra in lra. d. de damula. Est itaq; caprea velocissima in cursu. leuissima in saltu. acutissima in aspectu. dulcissima quo ad gustum. tenerrima et sanissima quo ad esum. sagacissima quo ad pastum. nam visu gustu et olfactu discernit inter herbās et arborum ramulos quorum extremitates teneras comedit et depascit. dicit etiam Pli. leopardus capree silvestris bibit lac et vim languoris euitat.

**C**apriolus ut dicit auice. est animal in india simile binulo siue ceruicū filio/ qui apud nos. et non mutat dentes/ et quando eius dentes sunt magni signat vite diuturnitatē in eis. et habet pulchros oculos et acutos. Et dicit aristo. lib. viij. Caprioli silvestres habent sapientia. quando vulneratur querunt pulegium ceruinum. et comedunt ipsū ut extrahant sagittas de corpore/ si que in ipsis sunt infixe. et velocitate motus/ et assiduitate discursus/ caro caprioli a supfluo humido exoneratur/ et eius caro tenerior et digestibilior efficitur. et saporis ac odoris eius grauitas amputatur (ut dicit constan.) pastus graue locis altis ad alnoza tendit. inter herbās salubres et noxas odore diiudicat et discernit ruminat abos et ungulam findit. non ungue/ non cornu/ non dente/ sed sola velocitate fuge a canibus et venatorum insultibus se defendit. vii. quando in capesinibus persequitur/ ad montana fugiens alta petit. In montibus indie sunt quidā caprioli qui ab herbis aromaticis et odoriferis pascuntur/ in quorum virgultibus sunt quedā concavitates in quibus humeros quidā ad apostemata colliguntur. que primo ad maturitatē et motū et confricationē rūpuntur. et a corpore cum pilosis folliculis abstrahunt. et substantia que infra pelliculam continetur. sume est odorifera/ et inter aromatica maxime preciosissima. In medicinis plurimum utilis et virtuosa (ut dicit dyas. et pla.) et illud mustum vulgarieternominamus.

**C**apra sicut et caprea a carpēdis virgultarum et herbarum summitatibus est nūcupata. quia semper sursum tendit/ ut summitates capiat et carpat et comedat foliorum ut dicit Ili. De capris autem dicit Pli. li. viij. c. i. capre inquit parunt fetus plures. sed raro quatuor. ferunt in utero. v. mēribus sicut oues capre etiam pinguedine sterilesunt. ante terminum minus vtiliter generant. et in senectute vltra quadrennium percipiunt in nouēbris/ ut in marcio pariat vel in apuli argētibus virgulis. non oibus sunt cornua/ sed quibusdā sunt. in his sunt indicia annorum per incrementum nodorum aumbus eas spirare/ et non naribus (archelaus auctor ait) et raro sunt sine febre. et ideo tam capris quam ouibus ardentior et calidior est comestus. ut tradit idē. nec minus dicimus eas videri de nocte quam de die. dependet oibus dimetro villus/ quem armetū vocat. hoc villo si quis unam ex grege trahat ceteri stupentes spectant id enim dicit euenire/ cum quadā herbā aliqua ex his momorderit. morsus earum est arbori oliue maxime ericialis. nam oliuā labendo sterile faciunt et hac de causa minime quidē imolabant capre. dedinante sole ad occasum ut dicit simul non edunt/ sed potius auerse ab inuicē iacet. in alijs autem horis auerse se conuertunt/ et auersis vultibus ad inuicē in gramminibus depascunt (bucisq; Pli.) De capris autem dicit aristo. li. iij. in multis regionibus hinc lac sine impregnatione. nec expectat impregnatio/ sed accipit vrica et cum ea mamilla confricatur/ et erigit prius sanguis/ deinde est simile sanie/ et post erit lac bonum non peius quam impregnatarum. Ite li. vi. capre viuunt p. x. vel. xi. annos. et frequenter conuulsiq; ad senectutē. et aliqui parunt gemellos/ si habuerint abū conueniētem/ et maxime si cap bene nutritus erit. et si impregnata fuerit contra impetum ventri septentrionalis/ pariet mares. et si contra meridionale feminas. et dicuntur verrere facies contra partē septentrionalē quā debet coire. Ite ibidē li. vij. capre sicut oues comedunt herbās. sed oues carpunt herbā usque ad radices/ et manēt stabiles in pasuis. capre vero cito

## De animalibus

mouent a locis / et accipiunt in modo herbarum  
extremitates. et melius impregnatur post po-  
nunt aque salse. et qui mouent capre post meridi-  
em potabunt plus aque et quando comedunt  
sal ante partum habebunt multum fluxum a mam-  
illis. In libro viij. in capris sicut et in ouibus  
est priuatio intellectus in partum quod vix sciunt  
egredi ad pascua vel regredi / nisi ab aliquo  
deducantur. et si quis acceperit quandam ca-  
pram et sub bito erexerit / eriguntur et alie et respi-  
cient eam solido aspectu. vsus autem caprarum  
sicut et ouium hominibus est necessarius. nam  
lacte et carnibus pascit famelicos. pelle et pi-  
lis vestit nudum. fimo et locio id est vrina ip-  
suat humum. nihil vti est in corpore capre /  
quod non sit vtile vel ad vicium / vel ad vesti-  
tum / vel ad vsus necessarium medicine. nam vt di-  
cit plinius. li. xviij. c. x. cornu caprino incinerato.  
et pilis accesis serpentes effugantur. eorum re-  
medio / multa venenorum superantur genera. cor-  
roduntur carnes superflue et recentes ac viue  
generantur. restringuntur humorum immodera-  
ti fluxus. et vulnera putida et corrosiua et ic-  
terifera vel fistulata eorum beneficio remediuntur  
pelle caprina recente obducuntur vulnera et sa-  
nantur. sanguine caprino cum medula decocto  
torica venena eruduntur. et morsus reptilium  
et icterus scorpionum curantur. pulmone calido ca-  
pre super morsum venenosum posito / venenum  
extrahit dolorisque agustia mitigatur. eius fel-  
le calido oculorum depellitur macula et corrodi-  
tur. visus acuitur et oculus clarificatur. Jecur  
caprinum assu contra elephantiam adiuuat si in ci-  
bum sepius assumatur. eius etiam fimo contra mul-  
tas infirmitates opitulatur. nam vt dicit idem  
fimo caprino podagrice alleuiatur / si etiam se-  
pium hirorum cum succo edere miscetur. vrina etiam  
caprarum calefacta tepida auribus instillata / do-  
lentes aures sanantur. has et multas alias po-  
nit medicinales proprietates. vnde dicit plinius  
us ibidem multa remedia. Ex hoc autem de-  
monstratur quod quidam vt ait. miror cum fe-  
bre non dicatur carere. ad hoc dicit aristoteles. quod est  
quoddam animal quod suggit lac caprarum / et qui sug-  
git mamillas lac ambulat et corrumpit / quod est in  
eis. et excecatur inde capra. De capra quere in  
fra de hircis.

**C**anis a greco nomen sumpsit. vt di-  
cit Isidorus. grece. n. canos dicitur qui  
dam enim eum a canore latrans dicitur  
sic vocatum. nihil autem vt dicit idem sagacius  
est canis. plus enim sensus ceteris animalibus  
habet. nam sua noia canes recognoscunt. dominos suos  
et diligunt. dominorum repta defendunt. per dominos suos

is / morti se subiiciunt. voluntarie cum domino ad pre-  
dam currunt. corpus domini sui etiam mortuum non de-  
linquunt. odore et sanguine prede vestigia de-  
prehendunt. humanum consortium diligunt. sine ho-  
minibus etiam esse non possunt. vt dicit idem Isidorus.  
vbi subditur / solent aliquoties canes lupis  
admisceri / ex quibus nascuntur canes seui / qui  
lincisci a quibusdam nominantur. solent. n. indi-  
canculas nocte in siluis dimittere alligatas /  
que a tigribus insiliuntur / ex quibus nascuntur  
canes acerrimi tam fortes / vt prestantur fortes  
bestias / vt leones. hircusque Isidorus. li. xij. c. ij. De  
cane dicit plinius. li. xij. c. xli. de animalibus que  
nobiscum degunt fidelissimi sunt canes boi / atque  
equi. pugnasse enim canes per dominos suos / contra  
latrones concepimus / et conspeximus. profecto  
et plagis audiimus eos volucres acuras  
a dominorum suorum corporibus abegisse. laniatum at-  
que latram homicidam domini sui scelus confi-  
teri coegisse. legimus etiam caramentum regem du-  
centos canes ab exilio reduxisse / et contra re-  
sistentes mira audacia preliasse. Canis etiam  
iasonis cicilie noluit capere cibum domino in-  
terfecto. et sic dolore pariter consumptus est.  
Legimus etiam colonum senatorem placentie  
ab armatis oppressum canem defendisse.  
nec prius vulneratum quam cane interepto. Sic  
canis titij sabini ipsum in carcere / nec in morte  
derelictus. sed mensura edens vltimus cum mortuo  
mansit. cui cum quidam cibum abstulisset ad os sancti  
cibum tulit et caduere in tybri proiecit / vt corpus  
sustentaret falliens intra fluuium innatauit. ac  
currere multitudine ad spectaculum fidei animalis  
itinera quantum longa ad memoriam reducant. et  
amissis dominis ad ipsorum domicilia soli per lon-  
ga terrarum spacia redire consueuerunt. canis mi-  
tigatur senectute / boie humili consedente. In ve-  
nari eis precipua sagacitas inest. nam vento et  
odore etiam per aquas feras fugientes persequuntur  
et eorum deprehendens vestigia / latram et ro-  
stro ferarum latibula abdita prodit. Ex tigribus  
et canibus tam fortes generantur canes /  
vt leones vincant. et elephantem sicut exper-  
tus est alexander magnus / in cane qui sibi a  
rege alanie est transmissus. qui primo in eius  
presencia leonem confregit. deinde adducto  
elephante / canis visa belua horrentibus per-  
totum corpus villis ingenti latram primum  
insonuit. deinde artificiali dimicatione ele-  
phantem tandem afflixit quod in terram cadere co-  
actus fuit. post annuam etatem canis gignit /  
octagenis diebus in utero gerit. cecos canes  
parit. qui quanto longiori nutrantur lac-  
te / tanto tardius visum accipiunt. nunquam tamen

accipiunt visum post. xxi. dies. nec ante. vij. q̄dam dicunt q̄ quando vnus solus nascitur ix. die videt. quando gemini .x. die. et quādo trini. xi. die. et ita quanto plures pariuntur/ tāto tardius eorum oculi ad videndum aperiuntur. quorū enim vni caniculo numero adiciuntur/ totidem ad lucem diebus vt videant re/ tardantur/ optimus est fetus qui nouissimus cernere incipit. vel quez primo defert mater in cubilib (hucuscq̄ pli. lib. viij. c. xli. vbi multa alia dicuntur. De canibus etiam dicit aristoteli. libro. ij. canes non eijciunt dentes nisi forsā duos. et quanto sunt iuniores/ tanto habent dentes albiores et acutiores. et per hoc cognoscuntur canes antiqui a iuuenibus. qz senum dentes sunt nigri et obtusi/ iuuenum vero econuerso. Item ibidem libro. v. canes masculi mouentur ad generationem. et coituz citius q̄ femine et citius generant leporarij q̄ alij vt dicit idem libro vi. cuius femina quādo impregnatur per vi. partem anni idest per quadraginta dies sunt eius filij ceci per duodecim dies et non accedit ad eam masculus nisi vi. mēte post partum. et quedam impregnantur in lxxij. diebus/ quod est fere quinta pars anni. et filij istarum remanent ceci. xiiij. diebus. et quedam per tres menses et est quarta pars anni. et filij istarum erunt ceci per xvij. dies. vnde patet q̄ quanto fetus citius in utero perficiunt/ tanto citius gaudent visu/ quādo sunt editi huic mundo. et masculi mouentur ad coitum citius quia quando incipiunt leuare crus ad mingendum/ quod fit post sex vel post septem menses vigoriscunt. Et accidit canibus leporarijs quoddam proprium/ q̄ plus possunt generare quādo sunt in labore/ q̄ quando sunt in quiete. et possunt viuere masculi. x. ānis. et minus viuunt leporarij masculi q̄ femine/ propter laborem masculoz et sic non est in alijs. quia magis viuunt mares q̄ femie vt dicit ibidem. alij autem canes vt custodes domozum et ciuium diutius viuunt. quia quatuordecim annis et aliquando viginti vt dicit homerus. Item libro octauo canes quando infirmantur comedunt radices herbe cuiusdam/ vt vomant et sic sibi medentur. Item dicit plinius libro. xxvij. vomitiones inquit idest medicinas et purgationes vomitas primo ostendit canis/ qui repletus cibo norio gramen comedit/ et per vomitum liberatus fuit.

### De Canicula.

**C**anicula dicitur esse mater canum cuius matris est oblonga/ per longitudinem ventris collocata/ habens per longitudinem vbera plura contra se inuicem ordinata/ que impregnationis tempore intumescunt. que parit plures filios/ sed semper cecos. quos tamen tenemine diligit et morsu a clarrati eos defendit. et si de latibulo filij exierint/ eos interdentes sine omni lesione referre consuevit. et primo meliores et formosiores reponat. quia cum tenerius diligit. et ideo ei mamillam citius porrigit et extendit/ ante tempus coitus et coceptus. vt dicit aristoteli. libro. v. per dies septem quandam menstruosam immunditiam eijcit. et tunc infirmatur et apostematatur ei matris/ et tunc non appetit coitum sed fugit/ sed post purgationem melius concipit/ salubriusq̄ parit. post partum etiam multum humorem fleumaticum et grossum eijcit. et ideo corpus canicule tunc marcescit. vt dicit idem. Item inuenitur lac in caniculis ante partum per plures dies/ et citius in leporarijs q̄ in alijs. et primo est lac spissum/ et post subtiliatur/ et post partum est conueniens/ et viuunt minus canicule q̄ canes communiter. sed canes venatici masculi propter laborem nimium et discursum minus viuunt. et quando ab vrine grauamine se exonerare desiderat/ crus non erigit/ sicut masculus. sed residens inferius se inclinat. canicula igitur mare est minor corpore/ etiam gracilior viribus debilior circa fetus educationez sollicitior animo mansuetior si quando nutrit fetus. Est autem ad instruendum masculo habilior/ et etiam corpore propter membrorum flexibilitatem agilior/ sed propter debilitatem neruozum in cursu minus durat. Canum igitur et canicularum nobilitas attenditur in facie/ et rostri protesa longitudine et amplitudine pectoris et illoruz siue inguinis strictudine naz canis nobilis circa renes/ et ilia et etiam ventrem restringitur. sed circa anteriora pectoris dilatatur. aures etiam longiores habet et flexiliores. tibias autem hz exiliores et graciliores/ et etiam altiores. et hoc fuit necessarium vt essent ad motum et ad cursum agiliores caudam etiam habent ceteris canibus plixiore et recuruiozem. minus et hnt dcame q̄ canes rurales. et habent etiam pilos breuiores et rariores et etiam planiores. nam si essent multum pilosi et villosi in cursu nimis incalescerent/ si nimis carnosum mole carnis oppressi minus current. et si caudas haberent longas inter auram dependentes eo

nam cursum non modicum impedirent. per bu-  
ius etiam caude dependentiam non animo /  
si sed potius timidi apparerent. Sunt adhuc  
canes nobiles circa bestias et feras siluestres  
insequendas et capiendas feroces et seui. cir-  
ca vero homines et bestias sunt valde mansu-  
eti. et si aliquando contra homines extraneos  
insiliunt. statim a suo impetu se compescunt.  
Canes etiam nobiles cum ceruum vel lepo-  
rem ceperint. non statim deuorant quod capi-  
unt. sed potius predam suam domino suo de-  
relinquunt. viliori parte pro sua portione ut  
puta ossibus et sanguine contenti sunt. et si ni-  
hil portione penitus habuerit. propter hoc  
predam aliam insequi et inuadere non dimittunt.

**S**unt et alie canum proprietates  
minus laudabiles. nam canes bo-  
lissimum continuum idest appeti-  
tum immoderatum patiuntur. et tamen aliqua-  
do per famem cruciantur. quia insani et rabi-  
fiunt. nam canibus accidunt infirmitates si-  
cut quanticies squinantia et rabies (ut dicit a-  
risto. libro vii. f.) et omnia animalia quando  
sunt morosa a cane rabioso / in furiam rapiun-  
tur. preter hominem qui aliquando euadit  
beneficio medicine. Dicit autem constan. in via-  
ti. libro ultimo. canis naturaliter est frigidus  
et siccus. cui nigra colera dominatur. que ha-  
bundans et putrefacta vel corrupta ipsum ra-  
bidum facit. et hoc contingit maxime in autu-  
no et in vere. quem alij canes fugiunt tanquam pe-  
stem. et semper est profugus et soliuagus et va-  
dit nutando et cancellando sicut ebrius et cur-  
rit ore aperto ac lingua dependente saliuam ni-  
mia et spumosa de eius orificio profluente.  
oculos habet reuersos ac rubicundos et au-  
res retractas. et caudam reuoluit inter coxas.  
et quauis oculos habet apertos tamen offen-  
dit ad omne obiectum pedes suos. contra quam-  
libet rem pugnat et contra umbram suam la-  
trat quem timentes canes fugiunt et latrant con-  
tra ipsum. carnem autem inunctam in san-  
guine morsure eius. nullus canis attingit. et  
qui ab eo mordentur. somniant terribilia et in  
somno ex putrefactione sunt timorosi. et irascun-  
tur sine causa. stupidi fiunt undique circumspec-  
tantes. et inspicia nullo patientes. et si inualu-  
erit passio. incipiunt abhorere omnem potum  
et timere aquam et latrant ut canes. et ita timet  
aquam. quod cadunt pro timore. et hi moriuntur  
nisi medicando eis citius occurratur. Curas  
autem et remedia quere supra lib. de morbis  
c. de ueneris. Dicit autem plin. li. xxx. quod sub lingua  
canis iacet aliqui vermiculi. qui grece dicitur licia qui

facit canes rabidos quo extracto cessat morbus.  
Item dicit idem tanta est vis etiam morsus canis. ut  
eius urina calcata nocet homini et maxime si  
habet vlcus siue vulnus. Item ibidem. qui  
urinam suam eiecit super urinam canis ra-  
biosi. dicitur statim sentire dolorem illius et lu-  
borum. Canis est iracundus et maliciosus. et  
ideo ut se vindicet lapidem de quo proijcitur  
sepe mordet. et tanto furore morsu lapides ar-  
ripit quod dentes proprios ipse frangit et non la-  
pidem. sed proprium dentem valde ledit. Item  
fraudulentus est et dolosus. unde et sepe tra-  
seuntibus blandiendo cum cauda quasi arri-  
det. quos retro quando homo minime con-  
siderat dure mordet. Item odit baculos et la-  
pides ac virgas timet. inter notos audax est  
et animosus. et omnes mordere nititur. omnes  
tenet. sed transiens inter extraneos nihil au-  
det. Item auidus est et gulosus. et ideo sepe ca-  
dauera ita auide comedit quod vomitu ea rejicit  
sed post cum esurierit quod turpiter euomue-  
rat. turpius recomedit ac resumit. Item canis  
inuidiosus est. et ideo dicit auice. quod occulte ber-  
bas colligit. quibus vomitu se purgat. inui-  
dens et dolens si berbe efficaciam quis reco-  
gnoscat. et dolet etiam peruersus canis si quis  
alius canis ignotus. hospitium subintroat  
timens ne propter eius presentiam sibi depe-  
reat. et ideo pugnat contra eum. Item cupidus  
est et parcus. et ad reponendum superflua stu-  
diosus. et ideo ossa carnosam et ossa medullata  
que deuorare non potest canibus non comu-  
nicat. sed cum diligentia reponit in abscondi-  
to et occultat. qui cum esurit solus vorat. Item  
immundus est et libidinosus. unde dicit aris-  
to. li. vi. canes tam femine quam mares coitu vti-  
tur quam diu viuunt. Ita enim immundicie libidi-  
nis se exponunt. quod inter matrem et sororem  
quo ad coitum non discernunt. et ideo secundum le-  
gem mosaicam equali immundicie subiacet obla-  
tio de precio canis vel canicule. et de precio  
meretricule prostitute. nam tales misere perso-  
ne omnium libidini indifferenter deseruiunt  
canino more. Item antiquus canis piger so-  
let esse et desidiosus. unde dicit aristoteli. lib. vii.  
quod canibus in senio accidit podagra. et pauca  
ex eis euadunt. quin podagrici efficiantur. et  
ideo tota die dormitant super fimum iter  
muscas et inter vermes. maxime autem tunc  
a muscis infestantur circa oculos lipientes et  
circa aures in quibus est potissime vlcerosus  
et quauis aliqui mordendo perforat eis aures  
pro pigricia non resumit vires. ut se exantiendo  
eas abijciat et expellat. sed vix aliquoties quibus

contra faciem eius volitant/post eas captan-  
do cum ore tripidando dentibus eas fugat :  
tandem canis vlcerosus fune collo eius al-  
ligato/violenter de finario trahitur et in flu-  
uio submergitur. et sic terminat eius misera vi-  
ta ac finitur. nec eius pellis detrahitur/ nec ei  
caro comeditur. nec sepulture committitur sed mu-  
scis et vermibus finaliter derelinquitur.

**C**atuli sunt canis filij diminutiue  
sic dicitur sicut et catelli. nam abusiue  
sic vocantur filij aliarum bestiarum (ut  
dicit aristoteles. li. xij.) hi catuli nascuntur generali-  
ter ceci et quo ad videndum actum imperfecti. nam catuli  
canum nascuntur cum dentibus serratis / quavis val-  
de parvis. omne autem animal habet dentes pro modum  
ferre diuisos/ est gulosus et bellicosus ut canis/  
leo / panthera / et huiusmodi. et omnia talia animalia  
generant fetos imperfectos. ut patet supra. e. li. 8  
animalibus in generali. et in omnibus facientibus  
filios incompletos causa est gulositas. quia si expe-  
ctaret natura usque ad complementum fetus matris  
suggendo interficeret. et ideo oportet ut festi-  
na sit in talibus natura. quare supra li. e. (nam  
sicut dicit solinus.) Catuli autem canum quondam  
apud veteres erant in summo honore habiti. ut  
dicit plinius. li. xix. c. catulos inquit lactantes adeo  
puros estimauerunt ad cibum antiqui / ut eos pla-  
catis numinibus offerret loco hostiarum quorum  
sanguine nihil contra toxica putabatur vtilius.  
et adhuc in presentia iubent auctores / contra mor-  
sus venenosos vulneribus salubriter adhibe-  
ri. nam catuli aperti et incisus serpentis appositi  
calidi venenum extrahunt. dolorem mitigant ad-  
bibitis remedijs membrum sanctum tutum reddunt.  
ut dicit idem. Et hi catuli quanto nascuntur citius  
tanto usum videndum recipiunt tardius. (ut supra  
dixit aristoteles.) similiter quanto vberiori lacte nu-  
truntur / tanto tardius in videndo proficiunt. ma-  
trē adhuc ceci diligunt / voce et odore eam reco-  
gnoscunt. matrem eius requirunt. et si nisi lac alii  
quo casu oppresserint / acutiori dente papillam  
comprimunt / et lac vberius effundere dentium acu-  
mine matrem cogunt. quam esuriunt querelando et da-  
mitando vbera matrem querunt. et dicunt sug-  
gere matrem in ordine put iacuerat in mani-  
ce. et ille catulus qui fortior est ac melior prius  
ad lac admittitur / et a matre diligenter tenetur et  
fovetur. A catulis venaticis abus ex industria  
dum subtrahitur / ne eos contingat ex partu supfluo  
spinguari. ex nimia. nam crassitie et inspunguatiōe  
ad predam segniores / et ad cursum fierent tardio-  
res. Quavis autem animalia sint melancolica ex co-  
plexioni qualitate / ex dispositiōe tamen membrorum  
sunt agiles. Sunt. nam. leni plurimum ac ludetes

et hoc accidit ex etate. quando vero sunt separa-  
biles a lacte / sunt tunc abiles ad instruendum. et  
hoc tamen ad venandum quod etiam ad ludendum. et ad  
gregem custodiendum a lupis et tuendum. qui  
vero ad custodiam domus sunt deputandi / de-  
bent de die in loco obscuro idudi. et sic de no-  
cte erunt contra fures magis seui / nam talium ca-  
num est officium de die quiescere et dormire. de no-  
cte vero vigilare et contra fures curiam circumire  
vituperabilis. nam est canis qui de die vigilat /  
latrat et circuit. de nocte vero dormitat / et lat-  
rat et obmutescit. Alius etiam est canis siue sit  
senex siue iuuenis / qui de die custodit oves a  
lupis dum sunt in pascuis de nocte eas stragula  
lat dum sunt in canis.

**C**astor est bestia mirabilis / que cum  
quadrupedibus vivit / et graditur in  
terris. sub aquis autem natat et com-  
moratur cum natantibus / sicut piscis. et est castor  
a castrando sic vocatur (ut dicit Isidorus. li. xij.) Nam  
eorum testiculi medicine sunt apti / propter quos  
cum presenserint venatore / ipsi se castrant / et mor-  
sibus sua virilia amputant / et detrahunt. ut di-  
cit idem. (de quibus cicero ait) Redimunt se ea  
parte corporis / propter quam maxime expetuntur  
(et iunialis) qui se eunuchum facit cupiens eua-  
dere damno testiculi. Dicuntur autem castores sibi  
qui et potius canes dicuntur. hucusque Isidorus. De  
castoribus autem loquitur plinius. li. xi. c. iij. Ponto  
inquit vnum dicitur genus animalium esse quod nunc  
tenent nunc aquaticam ducit vitam. in extremis  
aquarum et fluminum ripis / domos et cavernas  
sibi edificat / miro artificio preparans. Nam hec  
animalia pariter in grege vivunt / suam spem dili-  
gunt. pariter etiam congregati sibi / dentibus li-  
gna prescindunt. et prescisa de silva ad lanabula  
sua miro modo deferunt / et deducunt. nam vnum  
per vehiculo pedibus eleuatis / supinum in terra  
sternunt. iter cuius corporis et crura abscessa ligna  
ordinant / et componunt. et eum trahentes ad suas  
mansuetas a lignis ipsum exonerant / et mi-  
ta subtilitate ex aperto modo habitacula for-  
tia sibi parant. Sunt autem earum domicilia bica-  
merate vel tricamerate / que quasi per tria tabu-  
lata seu solaria sunt distincte / aqua crescente lo-  
ca superiora inhabitant. decrescente autem rez in  
inferiori parte habitaculi sese locant. et per quod-  
dam foramen in solario quolibet ex industria  
preparato caudam suam que pisce est nature  
submittit aque. sine cuius presentia non po-  
test cauda eius sine corruptione aliqua perma-  
nere. Animal autem mirabile et monstruosum  
cuius cauda tantum piscis / et totum residuum  
sui corporis naturam habet quadrupedis animalis

## De animalibus

Est autē in magnitudine admodū parui canis habens pedes quasi caninos parte posteriori/cum quibus principaliter ambulat. a parte vero anteriori duos habet quasi anserinos quibus principaliter in aquas natat. pelle habet valde preciosā p qua venat. dentes autē hz acutos et serratos ad modū cāis necē velocis motus. qz habet tibias valde breues habent autē castores duos testiculos in magnitudine pportione cum paruo corpore non habentes. et hos castorea nominamus. Et dicitur bis dicitur pli. li. xxxij. c. iij. sic. castores inquit sibi amputant testiculos quos castorea dicuntur/ ne capiatur a venatoribus. Negat fertius diligentissimus perscrutator medicine/ imo dicitur eos sic esse obstructos/ et spine dorſi sic adherentes/ vt adimi nō possunt sine vita animalis. Itē idē dicitur pli. et etiā dicitur q non ē rāte discretiōis q sciret se liberare taliter/ et hoc quondam pz in castoribus/ qui in diuersis locis inueniuntur. vnde dicitur Ili. et pli. de eoz castratione nō de vsualibus fibris/ sed de aliis quibus alijs animalibus que castoribus assimulantur/ in testiculis ē forsan intelligēdū. Valer autē castoreū vey et non sophisticū cōtra maximas corpis passiones. (vt dicitur pli. ibidē) maxime si fuerit castoreus/ nec nimis iuuenis/ nec nimis senis. et sic sunt eligēda castorea duplicata/ ex vno neru dependentia/ et vno neruo copulata. quia talia nō possunt de facili adulterari. multi. n. accipiunt vesicam animalis et replent eā sanguine castoreus. addito modico vero castoreo ppter odorē. et modicū pipenis ppter saporem acutiorem. et colligunt collum vesicę/ vt videatur esse neruus sed ab vno collo duas vesicas dependere est impossibile. et ideo illud castoreus est melius quod duplicatū tantū depēdet ab vno neruo. Est enim eligēdū qd mediocriter in sapore ē acutum. qz si nimis est acutum et quasi terrenū/ sophisticatū est maxime si non habet neruos intricatos. vt dicitur dyas. Unde laudabile est qd mediocriter est acutum et glutinosum non habens saporem horribilem neqz salsum. qz cum sale aromatico frequenter sophisticatur. vt dicitur pli. ibidē. quanto autē rectius est/ rāto melius est et efficacius in medicina. Et est signum q nō est adulteratum quādo duo testiculi habent quasdam pelliculas vel folliculas sibi essentialiter adherentes. plenos pinguedine vinctos. per septem annos potest in multa efficacia conseruari. et debet poni in mediana sine pellicula exteriori et modo debito ponderari. virtutem enim habet dissoluentis

consumendi attenuēdi. loco nervosa maxime confortandi. vnde valet contra multa mala. nam epilepticis conuenit et subuenit contra capitis frigidi passiones. paralysim lingue soluit et loquelam reddit subito ablatā si tantū sub lingua resoluatur. contra vniuersalē corporis paralysim valet si decoctum in vino curata et salvia/ in potu sepius assumatur. excitat cerebrum/ cōmouet et confortat. stemutationem prouocat. propter quod inde etiam lēthargicus excitatur. somnum prouocat/ et conciliat si cum oleo rosaceo caput castoreo perungatur. contra venena fortissima. vt scorpiōis araneę et cereste serpentis/ et pristere opitulatur (vt dicitur pli. li. viij. c. iij.) eius etiam vna valet ad quolibet predicta. vt dicitur idē. et prouocat menstrua adiuuat conceptionem. et multa alia. et eius pinguedo maxime est efficax in vnguentis.

**Q**eruus et cereston gręce idest cor/ nu dicitur latine. vt dicitur Ili. li. xij. vbi subdit dicens/ cerui inquit serpentum sunt inimici/ qui cum se grauatatos infirmitate presenserint spiritus manus eos extrahunt de cauemis et separata pernicię veneni/ eoz pabulo repantur. Diptanum herbam ipse primitus pdiderūt. Nam eo passu excutunt sagittas/ quando a venatoribus vulnerantur. Adirantur autem fistularū sibilum/ et in armonia delectantur. Erectis auribus acute audiunt submisso nihil. flumina imensa et maria transeunt. et fortiores in nata do tunc procedunt/ quorum clunibus debiliores in nata do capita supponunt. et sibi inuicem succedentes leboris leuius pondus ferunt. (bucuscqz Ili. li. viij. c. xxxij. vbi addit hec verba. ceruus inquit est animal placidissimū/ qui vrgēte vitātanum/ ad hominem ultra fugit. et quādo cerna est paritura minus canet semitas iritas ab hominibus q semitas fens cognitas et secretas. post ortum arcturi sideris concipiunt. et octenis mensibus partus ferunt. iterdū etiaz geminos in pariendo edunt. a tempore conceptus femine a manibus se separant et discedunt. sed mares retenta rabie libidinis seuiūt glebas et feroces vngulis fodiunt. et eoz rostra tunc ingrescunt/ donec ab ibibus aliquibus absoluant. femine autem ante partū purgant et vtunt quibusdā herbis quibus fetus in vtero melius retinetur. et in partu facilius liberat. post partū duabus herbis. scz canio et sisolis paste redeūt ad fetū. et illaz herbarum succo imbutę/ filijs lactis exhibēt nutrimentū

partus editos ad cursum exercent. et separate eos ad fugam docent. ad prapra eos ducunt et saltandi modum eis indicant et ostendunt. et tunc mares solum desiderio libidinis/pabula auidē perunt. sed ubi nimis pingues se senserint/laterbras querunt/que incommodum corpus pondere primescunt. et quando fugiunt cursum non continuant/sed statim respiciunt. et quando ad eos prope ventum fuerit/cursu presidia fugerunt. auribus erectis vocem canum audiunt/ et fugiunt quibus submissis/periculum non presentunt. tate sunt simplicitatis ut omnem mirantur et stupeant nouitate. vñ equo vel bubalo ad eos accedente/ita in ipsum respiciunt/ quod boies prius iuxta se veniente/ et sagittis impetere volente non attendunt. quando transiunt maria/gregatim et recto ordine incedunt et ope viceversa se inuuant. non visu sed odore terras perunt. et cum ceruus animal sit cornutum/ hoc inter animalia habet proprium quod annis singulis in vere mutat cornu suum. et tunc quando incipit de die sibi querit latibula. et latet quousque crescentibus cornibus iterato noua sibi adueniat armatura. quando autem deiciat cornu dextrum ob inuidiam abscondit illud/ dolens ne quis inde accipiat medicinam. Deprehenditur ceruorum etas/ per cornuum ramos. quod annis singulis sibi additis ad viuendum semper additur vnum usque ad septem annos. et ab eo tempore annis singulis similia alijs renascuntur/ nec etas potest discerni in eis/ sed solummodo senectus dentibus declaratur. aut enim paucos aut nullos habet in cornibus imis ramos. imo ante frontem prominent minoribus. Si fuerint castrati antequam habeant cornua non nascuntur ulterius. et si postquam amittuntur quod diu carent cornibus nocte procedunt ad pabula/ non de die. caloris solis ea exponunt/ ut indurentur. ad arborem ea postea leuiter fricant. eorum fortitudinem experientes ac prurium quem ibi sustinent/ cornicis duricie amouentes. et cum ea senserint/ raborata procedunt ad pabula in aperto. quandoque ex arboribus ab hedera arbori inherente/ innodantur eorum cornua/ et sic facilius capiuntur. serpentes contrariantur instantibus quod odore cornu exusti eos fugiunt. cuius coagulum omnium auguium sanat morsus. diuissime viuit plus quam centum annis. quod copertum est per ceruos captos per centum annos post mortem alexandri/ ab eorum torquibus aureis operos et signatos. febrium morbos non sentit hoc animal/ quoniam sibi medetur contra morbum (bucisque pl. l. viij. c. xxiiij.) Secundum autem aristoteli et auicenna. Ceruus est animal non habens fel nisi in intestinis et ideo habet

intestina amara et fetida. et ideo non comedunt ea canes/ nisi sint famelici supra modum. Item aliqui putant ceruos habere fel in auribus (ut dicit aristoteles.) sed hoc est falsum ut dicit auicenna. sed habent quandam humiditatem similem humiditati splenis. Item idem sanguis cerui sicut et leporis nunquam coagulatur sed semper manet liquidus contra naturam aliarum bestiarum et nullum animal mutat cornua nisi ceruus cuius cornua sunt solida/ et ideo ponderosa. unde ipsa abijcit propter pondus. et habet conos quatuor. magnos dentes in vna parte conii et quatuor in alia quibus molit cibos et duos dentes alios magnos quasi culmos et mas habet maiores quam femina. et deditur ad ferius (ut dicit auicenna. Item aristoteles. li. viij. opinatur inquit de ceruo/ quod inter omnia quadrupedia siluestria sit discretissimum/ quod patet iuxta viam/ ubi animalia propter homines non accedunt/ et fugit lumen solis cum filiis. et querit loca densa/ sicut cauernas lapidum que non habent nisi vnum introitum. quoniam ibi potest pugnare cum alijs animalibus. nam ut dicitur ibidem. cerui etiam pugnant adinuicem pugna forti/ et victus obedit obedientia forti. et timet maxime vocem vulpis et canis. et ceruus quando impingatur latet/ ne inueniatur a venatoribus. et propter pinguedinem interficitur. et subdit ibidem. Crenatio autem ceruorum sic fit. vnus venatorum sibilat et canit. et ceruus delectatur in cantu/ et sequitur ipsum cantum/ et interim alius cum venabulo occidit. et quando agitur ceruus fugit ad fluum vel stagnum si potest transire aquam resumptis viribus ex aque frigide euadit venatores. quando autem capitur mugit et latrat. Item quando canes ipsum insiquuntur et inueniet biuium non directis cunctis vestigijs. sed nunc istac/ nunc illac/ tranuersaliter mutat saltus. et tunc conatur transire per multos passus. ut sic per contrarios et ambiguos saltus/ eius vestigia a canibus odore ipsum insequentibus/ difficilius sentiantur. Item ut dicit. cerue difficulter pariunt fetus suos/ quod cognoscatur per incuruationem corporis et rugitum. et ideo comedit tragencan/ ut facilius a partu liberetur. et cum parunt subito comedunt secundam antequam in terra cadat. et opinatur de ista secunda quod sit venenum (ut dicitur ibidem.) Alias cerui proprietates prosequitur aristoteles. libro viij. quas supra plinius. recitauit. Dicit autem plinius. li. xxvij. cerue cum scelerit granitatem lapide deuorant/ cuius beneficium adiunguntur. et ideo lapis in ipsa mortua/ quibus in eius

## De animalibus

excreamentis repetitur. et hic lapis miro modo mulieres dicitur iuuare/ quando sunt pregnantes idem faciunt ossicula que in eius corde inueniuntur. et est illud os quod inuenitur in corde ceruorum supra modum utile contra multas corporis passiones. et in omnibus nobilibus confectionibus admiscetur ut ait dyas. pli. et etiam constan.

**C**erastes est serpens cornutus ut dicit Isid. li. vii. habet enim quidam cornua ex utraque parte capitis ad modum cornuum anicis circumflexa. totum autem corpus suum occultat sub arena/ solis cornibus sine cooperulo derelictum/ que videntes auicule credunt de cornibus quod sint vermes. et dum aues ea capere et inde refici nituntur/ a doloso serpente ex improviso subito rapiuntur obsidet enim vias et semitas occultas. et tam homines quam equos quos incaute per semitas ambulare conspiciunt/ occulto morsu interficit et occidit. Glo. autem super pent. c. gen. videtur dicere quod cerastes species sit reguli qui tante est perniciosis/ quod si eius venenorum solummodo vngulam equi tangeret. et equum et equitum subito perimeret et necaret. et ideo vbi nos habemus fiat dant sicut coluber in via/ cerastes in semita dicit alia littera. fiat sicut coluber in via et sicut regulus in locato etc. alij autem dicunt quod genus est aspidis/ summe virulenti et malignitatis. quere supra in littera. a. de aspide quia ibi fit mentio de careste.

**C**ornu ut dicit aristoteli libro. iij. est de natura ossis. osse mollius/ cartilage durius/ sicut et vngule animalium. et omnia talia possunt mollescere ad ignem. et dicit ibidem quod colores cornuum sicut et solearum erunt secundum colorem pilorum corporis animalis. unde si cornu est nigrum/ cum pilis cornua erunt nigra. et sic de alijs. Dantur autem animalibus cornua ad sui defensionem loco armorum. et ideo ponuntur in extremitate capitis/ ut semper sint parata ad resistendum iniurie impugnantis. et omnia cornua sunt vacua et concava et rotunda/ preterquam cornua ceruorum/ que dura sunt et solida. et multe sunt ramiificationis. et nullius animalis cornua mutantur/ nisi solius cerui/ qui omni anno semel perit sua et vnum abscondit quod vix potest inueniri. Unde dicitur in puer. vade vbi ceruus perit cornu suum. ut dicitur libro viij. Item dicitur libro. iij. fortior est continuatio cornuum cum cute quam cum osse. et ideo dicit aristoteli quod quedam ani-

malia mouent cornua sicut auriculas. in regione que dicitur anfrage. ut dicit auicenna. et hoc dicitur anfrage de sua terra que dicebatur sic. eadem autem est materia cornuum/ et vnguium/ et solearum. quod fumus vaporosus a cordis calore resolutus. ut dicit constan. et ideo animalia magni fumus/ a natura fortis/ a calore cordis resoluti/ vbi calor ad extrema corporis transfusi/ magna habent cornua et fortia. et maxime si ista fumosa materia vel propter nimiam subtilitatem transeat in pilos. vel si nimium fuerit terrestris/ et grossa/ in dentes transeat et in culmos. Et ideo optime dicit aristoteli li. iij. c. de dentibus. quod animalia habentia in utraque mandibula dentes et culmos non habent cornua. ut patet in elephantibus et in apris. omnia etiam quadrupedia dentes habentia in inferiori mandibula tantum/ et vngulas scissas habent cornua et ruminant. et habent duos ventres/ imo plures. ut supra dictum est. unde pluralitas cornuum se habet consequenter ad scissuram solearum. et ideo asinus indicus habet cornu vnum tantum/ et solem integram sicut equus. sed non ruminat ut dicit aristoteli. et auicenna. tanta est autem affinitas inter vngulas et cornua quod iubet aristoteli. vacca patientem dolorem in vngulis pedum/ ut cum oleo et alijs medicinis inter cornua inungatur. De utilitate cornuum et vnguium dictum est supra littera. b. de boue.

**C**ocodrillus a croceo colore dicitur. ut dicit Isidoro. animal quadrupes ut dicit Isidoro. libro. xij. in capitulo de piscibus. in terra et in aquis valens. longitudine fere. xx. cubitorum dentium et vnguium immanitate armatum. tanta est eius duricia cutis/ ut quauis fortius lapidum ictus in tergo recipiat/ nihil omnino curat. nocte in aquis/ die in terra fouet que ouis anseris sunt maiora. masculus et femina vices seruat. Sunt quidam pisces serratam cristam habentes/ quod tenera ventris eius desiccantes interimunt et dicitur quod solus inter animalia superiorem mandibulam mouet. hec omnia dicit Isidoro. Dicit autem plinius libro. viij. c. xvi. sic cocodrillus est animal nulum inhabitans lingue vsu inter animalia terrestria caret sola superioris mandibula existente. mobili/ morsum imprimit venenosum. dentes habet bouibiles ad modum pectinis siue ferre. et culmos ad modum apris. nullum autem animal ex tanta parua origine crescit in tanta magnitudine animal sicut cocodrillus. animal est valde gulosum et multum comedit vnum quod est fatum iacet iuxta litus iactans pre repletionem